

180^o
DISSE
TATIO EPISTOLICA
DE
SCHE
DULA
INCENDIARIA SACRA
JUDÆORUM,

INCENDIA SE EXTINGUERE POSSE GLORIANTUR
SCRIPTA AD

VIRUM CELEBERRIMUM

DN. EBERH. FRIDERICUM
HIEMERUM,

S. Theol. Doct. & Seren. Würtembergia
giae Ducis REGNANTIS
Concionatorem Aulicum Primarium, & Senatus
Ecclesiastici Adessorem,

AB
ANDREA CHRISTOPH. ZELLERO,

A. M. V. D. M. & in Monast. Denckendorfino Du-
calis Alumnorum Collegii Pr.

Additur ab eodem
JUDICIO THEOLOGICUM, PHILOSOPHICUM, PHILOLO-
GICUM

Et de ipsa Schedula, & de Literomantiae tali Genere,
una cum Figuris.


STUTGARDIÆ,
Sumptibus JOH. BENEDICTI MEZLERI, Bibliopolæ. MDCCXXII.

SCHÉDULA INCENDIARIA SACRA
JUDÆORUM

INCENDIUM, SE INTENSIERI POSSE COGITANTES
SCRIBENTIA AD
NOMEN CELESTERRIUM

CUIQUE SUUM CAPUT EST : HUIC QUOD PLACET, HAUD PLACET ILLI:
SIC PLACET ET PLACET HAUD SEMPER IN ORBE VIGENT.

*CUIQUE SUUM CAPUT EST : HUIC QUOD
PLACET, HAUD PLACET ILLI:
SIC PLACET ET PLACET HAUD SEMPER
IN ORBE VIGENT.*



Schedula Incendiaria S. R. Dn. D. HIEMERI, quæ in
ipsa Epistola explicatur.

Hæ figuræ omnes pertinent ad §. XXII.




Schudtius J. Merckwürd. P. II.
L. VI. cap. VI. pag. 75.
Schickardus in Tarich pag. 75.


Eadem est figura ovo vel tractæ impressa apud Wagenfeilium.



Tracta Panis



Schudtius & Saubertus,
Ille P. IV. L. VI. cap. VI. pag. 19.
Hic Pal. Theol. Philol.
pag. 64.



Challa Judaica seu placenta
Wülfersus, Buxtorfius,
Schudtius P. II. L. VI.
cap. VI. pag. 77.

Altera facies.



Prima facies





Clypeus Davidicus.

CONSPECTUS TOTIUS DISSERTATIONIS
EPISTOLICÆ.

§. I. Continetur occasio hujus scripti, oblatum nimirum קְמִיעַ seu amuletum Judaicum. §. II. Detegitur omnis superstitionis & idololatriæ generalis origo, superba divine virtutis imitatio & arrogancia. §. III. Ostenditur, non ipsam negari existentiam Dei, sed §. IV. qui solius Dei bonos est, creaturis, vel propter accipienda beneficia, vel ob evitanda mala atque damna, tribut, ex quo orta varia idololatria, theologia gentilis & superstitionis. §. V. Hujus origo specialiter in Elementorum mixtura, simplicitate atque indole astimanda queritur. §. VI. Species omnis superstitionis princeps perhibetur Magia, ea præsertim, quæ à bono deflexit. §. VII. Hecque est vel divinatoria: aut bona; divina scilicet & sancta, physica & naturalis, communis & rustica, aut mala; Diabolica; Vel Prestigiatoria & illusoria: Vel effectoria, hecque vel naturalis & erudita ac artificialis, vel superstitionis ac Diabolica, quo operatur vel per media naturalia in sensus incurrentia, tum operativa, tum ægyptia, vel per spiritualia, angelos & demones. §. VIII. Autoritas hujus magie superstitionis antiquissima est, & originem ex temporibus antediluvianis duxit. §. IX. Describitur qualis fuerit inter Chaldeos? §. X. Inter Syros, Cananeos, Arabes, aliosque vicinos populos? §. XI. Inter Persas? §. XII. Inter Indos? §. XIII. Inter Grecos? §. XIV. Inter Romanos? §. XV. Inter Septentrionales & Occidentales? §. XVI. Inter multos Christianos veteres? §. XVII. Inter Christianos recentiores, Pontificis maxime? §. XVIII. Inde non mirum eam & inter Judeos versatiles fuisse. §. XIX. Quod cognoscitur ex amuleto incendiario præsenti, quod subdiis Magia accensetur, inter qua Kabbalatum theoretica, tum præcipue Prædicta principem locum obtinet. §. XX. Ejus usus in statu vel bono, vel malo & periculoso est. §. XXI. Maxime autem quoque in extinguendis incendiis, ubi varia mediorum dantur species, præsertim amuletorum. §. XXII. Illa variant ratione materie, formularum, & forme atque figure. §. XXIII. Hinc sequitur descriptio ipsius schedula præsentis. §. XXIV. Explicantur singula voces, & quidem primo interiores, אֲרָדָן אֲרָרָן אֲגָלָן. §. XXV. Explic. voces angulis inclusæ Asboga; & quidem Tetragrammaton tum integrum, tum divisum. §. XXVI. Explicatio Vocis תְּהִתְּבָּהָה Taphtapeha. §. XXVII Explic. Vocis שְׁוֵי. §. XXVIII. Explicantur voces הַרְוִירָה גְּבֹרִירָה אֲרִירָה. §. XXIX. Explic. voces Textus טְהִתְּבָּהָה וְתְּשִׁקְעָה. §. XXX Additur Judicium Theologicum, quod naturalem Magiam, ut bonis principiis & modis innixam probat, superstitionem

Apud Cl. G. E. Edzardi Avod. S. C. II p. 353.
Et apud Cl. Fabricium Cod. Psevdep. V. T. pag. 1007.



sam & Diabolicam , diversa tamen ratione , prorsus rejicit , puniendam quoque ob finitram optimarum rerum adplicationem . §. XXXI. Quod probatur dictis S. S. V. & N.T. §. XXXII. Testimonii , Constitutionum Apostolicarum , Irenatii , Irenai , Eusebii , Origens , Basili Magni , Chrysostomi , Tertulliani , Augustini . §. XXXIII. Recentiorum Lutheri & Brentii . §. XXXIV. Ad Exceptionem , duriora hec esse , & contra dignitatem atque virtutem nominum divinorum , Jehovae maxime & Christi pugnare , respondetur , argumentum à minori ad majus ducendo , si minor , ergo & major abusus prohibetur . §. XXXV. Sequitur Judicium Philosophicum , in quo non queritur de Magia Diabolica , (de qua non est loquendi scopus ,) non de ipsa literarum origine , non de significatione literarum , ut rationem signi involvunt , sed de naturali quadam , physica & magica vi , de qua triplex questio . §. XXXVI. Prima , an litera & voces signa sint naturalia ? quod contra Platonem aliasque negatur additis rationibus , atque ad objectiones de contraria sententia respondetur . §. XXXVII. Altera questio : An talia signa & litera rebus ipsis inesse dicantur ? Respond . negando , & recensetur atque refutatur opinio Gaffarelliana de Scriptura celesti . §. XXXVIII. Tertio queritur : An vis physica insit literis & vocibus , quæ illis adhibitis , operetur ? ubi Platonis , Aristotelis , Pythagoreorum , Johannis Dee , Erici sententiae recensentur ; & argumenta ab experientia , auctoritate S. S. & fine rerum creatarum adducta refutantur . §. XXXIX. Subjungitur Judicium Philologicum , quod complectitur primo questionem , quanta autoritas sit & pretium horum amuletorum , aliorumque talium mediorum inter Judeos ? Ostenditur autem eos dissentire , qui vel prohibit , vel eadem commendant . Ex illorum partibus sunt textuales & Rituales , e quorum numero adducitur Maimonides , horum vero partes tenet R. Nachmanides cum omnibus fere Kabalistis . §. XL. Secundo queritur , quæ autoritas Magia , ut fundamenti hujus rei inter Judeos ? ubi contra R. Salomonem Zevi aliasque Judeos , qui omnem magia suspicionem à se amoliri cupunt propugnatur , insignem illam inter Judeos florere , quia & de ea experientia constet , & ejus generis varia Scripta existant , & Legibus Synedrii magia periti in collegium fuerint olim cooptati . §. XLI. Tertia questio Philologica proponitur : An incendia umquam per usum horum amuletorum extincta fuerint ? cujus contrarium variis exemplis probatur . §. XLII. Denique studium antiquitatum Iudaicarum & Ebraearum & LL. OO. ut necessarium & utilissimum commendatur . In pluribus paragraphis nota superiores , ad illustrandam rem subiectuntur .



Q. D. B. V.

Vir Summe Reverende , Amplissime , Dignissime !

S. I.

IUeram nuper Tecum , cum , ut officium meum ad Te invisendi usurparem , tum , ut amore Tufo favoreque , quo me complectaris , uterer ; Accessimus igitur ad Bibliothecam , & quod possides , Technophysiotameum , in quo varii ratiore numeri , lapides figurati , arenæ aliaque naturæ admiranda , ex quibus Caput Medusæ , rarissimæ ex diluvio universalí monstri marini reliquiæ &c. (a) servantur . Inter alios itaque sermones ,

A

quos

(a) Cum ex reliquiis Diluvianis vel maxime aquatilia animantia in media continente reperta , eaque vel mollia , vel crustacea , vel testacea , sive integra fuerint , sive ut maxime stellarum marinorum Asteria & Entrochi , manca & mutilata , inter summe admiranda naturæ merito jure referantur , quæ sagacissimis naturæ scrutatoribus crucem figere possunt : omnino inter ratiore naturæ monumenta Tabula Summ. Rev. & Dign. VIII. fidis habenda est , in qua , pedes quatuor longa , lata vero tres pedes cum quatuor cubitis , distinctissimi rami & brachia majora totam tabulam longitudine adæquantia , minoraque imo minutissima reperiuntur , ipsis ramis majoribus constantibus ex meritis Entrochis perpetua quædam articulatione sibi invicem eo unitis modo , ut ex uno ramo alii proveniant binii , trini & plures , desinantesque in congeriem innumerorum minorum & minutissorum , paulatim graciliorum , & floris cuiusdam effigiem representantium , coloris cinerei , duritiae insignis , materia Selenitica . Quam ipsam ob rem Excellenterum naturalium notitiam Job. J. SCHEUCHZERUS felicem hujus Tabulae possessorum depraedicat in literis sic 20. Dec. 1720. Tigurino datis : Et felicem Te

quos de scriptis variis instituisti, mentio quoque incidit קמיהה
cujusdam Judaici, seu schedula sacra, qua igni injecta incendia se
extinguere posse gloriantur Judæi, cuius copiam Tibi, ut rario-
ris, Judæus quidam fecerat. Cupido mihi eam perlustrandi tra-
didisti, simulque ut ex mente Judæorum explicarem, ex me
petiisti, hortatus insuper, si quædam, quæ ex antiquitatibus de
hoc superstitionis genere adserri possent, haberem, adderem.
Evidem scriptoris hujus, qui schedulam scripsérat hancce, mens
ignota primum mihi erat, nec quid vellet innuere, cognoscere po-
teram, cum diversam eandem ordine & forma verborum linea-
rumque ab iis, quæ visæ mihi alibi fuerant, primo intuitu con-
spicerem, nec quid compositæ quædam voces significarent,
perspicere liceret. Et quamvis in studio hæc cogitandi jam
versatus essem, obscura tamen remanserat sententia, ut, quo-
niam ad alia, quorum ratio mihi in muneric officio habenda est,
studium meum conferre, & in majoribus ac cognitione digno-
ribus operam pariter & curam ponere tenerer, rem fere absi-
cere, nec in ejus investigatione progredi voluerim. Mutavi ta-
men sententiam, utque promissis starem ac fidem meam libe-
rare, schedulam considerandam resumsi, & in eruendo literarum
inscriptarum vero sensu eam ob rem elaboravi, ne, si
hoc labore supersedisset, aut nihil virium, aut nihil supellecti-
lis antiquariæ mihi fuisse, arbitrareris. Ad quæ accessit, quod
multorum exempla præsto fuerint, qui in rebus tum minus ne-
cessariis, tum etiam ludicris laudandis exornandisque, multum
operæ

inquiens, rari cimelii, cuius iconem affabre confectam mecum bene vole communi-
care dignatus es, possessorem! qui Te primo, & me aliosque rerum naturalium seru-
tatores vel dubiis liberas, vel in conjectura propius ad veritatem ducenda firmas!
Num vero ipsum Caput Meduse, quod hæc figura adumbrat, sit, & ad for-
matam primi vel secundi Capitis Meduse accedit, de qua Rumphius evolvi potest,
& qua ratione stella hæc marina, alias in profundo maris delitescens, ad hunc
locum, Balneum nempe Bollense, pervenerit, & quæ porro ad hoc argumentum
pertinent, ea omnia, vel ipse Dignissimus Dominus Possessor, vel aliis quidam
prolixius edidiceret.

operæ & studii posuerunt, & ex asino, pulice, pediculo, po-
dagra (b) &c. eloquentiæ suæ & eruditioñis quæfiverunt glori-
am, ut eos secutus nullius reprehensionem incurrere videar mi-
hi, qui in explicanda hac schedula aliquid locaverim temporis.
Feci enim hoc, ut & voluntati Tuæ facerem satis, & studio-
rum horum Rabbinicorum, quæ olim tractaveram, leve & exi-
guum aliquid specimen in releviori Tibi exhiberem. Amica
igitur mente manuque accipe, quæ hic inter Scholasticos Ec-
clesiasticosque labores quibusdam horis subsecivis scripsi, &
eadem æqui bonique consulas velim, qui mea non proprio judi-
cio & amore, sed aliorum sententia, & obsequii gloria metiri so-
leam.

§. II. Cogitanti autem mihi, unde tot superstitionis varia
genera, imo ipsius Idolatriæ diversa inter Gentiles ratio, ori-
ginem suam traxerint, ii rem invenisse videntur, qui asserunt,
non tam ex ipsa scientiæ rerum divinarum humanarumque ob-
scuritate, veritatis ignoratione, impetu ausuque cœco, inge-
niorum hebetudine & stupiditate, quam potius ex maxima vir-
tutis divina admiratione, & superba ejusdem imitatione, & ar-
rogantia effectum esse, ut ea conarentur homines, quibus ad
exemplum divinæ potentia agere viderentur. Id enim primum
perditionis consilium cepit infensissimus Dei hominumque ge-
neris hostis Satanæ, verus Dei simius, ut de pari similiq[ue] cum
Deo omnipotentiæ, omniscientiæ & felicitatis ratione vanam
instillando opinionem, ad incredulitatem atque ap[er]ticias primos
Parentes perduceret, ne præceptionibus divinis attenderent,
aut obsecundarent eisdem; quo facto, ea statim media illi ad-
hibere studuere, quibus ad hanc æqualitatem & similitudinem

A 2

per-

(b) Sic Jul. SCALIGER de laudibus anseris declamavit, vide Epistolas & Orationes pag. 405. Hieronymus CARDANUS de podagra; Cœlius CALCAGNINUS de pulice; M. Anton. MAJORAGIUS de luto; Joh. PASSERATIUS de asino; Erycus PUTEANUS de ovo, de aliis alii. conf. Dissertationum ludicratum & amoenitatum scriptores varios Lugd. Batav. 1644. 12. Tomo. in Amphitheatr.

pervenirent, ut etiam, quia arboris prohibitæ fructus, (vila enim erat נַחֲלָה לְהַשְׁכִּיל Gen. III. 6.) ea esse sperarunt, decerpitis iis vescerentur. Quam indolem facile in pluribus deprehendere est, qui profana temeritate ad dignitatem divinam ascendere, suas vires divinis opponere, omnium divinarum rerum & consiliorum intimiores rimari rationes, & sua sententia metiri voluerunt, & Gigantum more bella Diis inferre non sunt veriti.

§. III. Evidem existere Ens Entium quoddam, à quo omnia singulari prorsus & divina vi ac potentia producta sint, vel etiam (c) emanaverint, nulli inter homines, si paucos quosdam ex omnibus seculis exceperis, qui (d) Athei dicti, & pro pestibus semper societatis humanæ habiti fuerunt, unquam nega-

(c) Quamquam gravissimi errores ex sententia de emanationibus, tum inter Gentiles Philosophos, tum inter Christianos propullulaverint, qui etiam sepiissime sunt impugnati; si tamen à falsa Gentilium, Judæorum Kabbalistarum, & quorundam Christianorum fanaticorum formulis & mente discesseris, nec ex substantia Dei creatas res dixeris, non leve & exiguum de officiis humanis argumentum inde deducitur. Quamquam enim in gratia recuperanda adoptionis jura potissimum valeant, jura tamen creationis & exinde fluentia piorum privilegia, vel impiorum ortæ condemnationis justissimæ cause, multam ex hac materia lucem accipiunt. Ut quoque ipse Paulus ex eodem fonte Act. XVII. 25-30. argumentatus est. De quibus tamen hic porro agere supersedemus. Confer hoc argumentum PAULI BERGERI, vel potius M. Christ. LEHMANNI Dissert. de Cabalismo Iudaico habitam Witteb. 1706. §. XXVI. p. 76. de productione rerum & NEUMANNI Dissert. de Christiano Stoico §. 13. & 14. Item: de Verbis Arati τὸ γένος καὶ γένεσις ἐστίν, Dissert. III. M. Bernhardi WINCKLERI, habit. Witteb. 1719. & 1720. confer quoq; maxime Cl. CLERICUM ad h. l. De Emanationibus vero Gnosticorum, Valentinianorum aliorumque vide apud Cl. VITRINGAM Observat. Lib. V. C. XII. XIII. p. 148. sqq. & ex mente Judæorum Kabbalistarum, Observat. L. I. C. II. §. 2. p. 129. KNORRII Kabbalam denudatam, Celeberr. BUDDEUM in Introduc. ad Philos. Hebræorum passim, & in Dissert. de Hæresi Valentinianorum, Cl. Jacob. BASNAGIUM in Histoire des Juifs Tom. III. L. IV. C. VIII. p. 108. sqq.

(d) Confer omnino, qui de hoc arguento scripsere, B. Dn. FROMMANNUM in Dissertationibus de Atheo Stulto; Cl. Dn. BUDDEUM in Thesibus de Atheismo & Superstitione, aliosque plures, quos & Clarissimus Dn. FABRICIUS, amicus noster & fautor honorandus in Bibliotheca Græca Vol. VII. p. 96. summe Rever. & Digniss. Dn. Cancellarius PFAFFIUS, in Introduc. ad Histor. Theol. Liter. L III. §. 2. p. 129. sqq. & Dn. Joh. Christophorus DORN in Biblioth. Theol. Critica L. III. C. IX. & X. sq. commenrorant. Quibus adde R. P. Georgii GEN-

negarunt, sed omni tempore omnes Deum esse atque existere communi consensu adprobarunt. Ipsam enim αἰδίον θεόν δύναμιν καὶ θεότητα, si nulla ex ratione interna, & ingenitis notionibus argumenta duci potuissent, ex elegantissima hujus universitatis structura & rerum creatarum compage cognoscere ita facile potuerunt, ut nullam ignorantiae culpam excusandi rationem invenire possent. Quis enim inter Gentiles vel sapientis vel boni nomen retinuit, qui aut à seipsis hæc omnia facta, vel humana arte composita esse, aut fortuitu atomorum concursu coaliisse perhibere & defendere tentavit? Quis non divina hæc omnia vi ac sapientia existere cum philosophis docuit? Quanta animi contentionē adversus minutos philosophos atque subtiles περιστώσαι & providentiam Dei in rebus servandis propagnarunt?

§. IV. In eo vero plurimi peccarunt, quod, quæ solius divinæ essentiæ erant, atque Dei duntaxat adscribenda sapientiæ & virtuti, aliis animantibus & inanimatis tribuerent, quamque vim genitricem, motricem, vivificam, vegetativam, sensitivam, cogitativam &c. Deus ipsis creaturis indiderat, & ex qua alia ex aliis procreata seriem suam conservarunt, propriam illarum & solam esse autumarent, ut vel Spiritum aliquem Universalem, vel principium Hylarchicum, (e) primum omnium motorem, vel vires rerum naturales divinis pares similesque fingerent. Nata hoc modo πολυθεότης est, ut, quemadmodum vel bonitas (f) rerum creatarum, earum utilitates & opportunitates

GELLII, S. I. Theologi Eversionem Atheismi, Brunsbergæ 1716. 4. librum elegantissimum, & Illustr. Caroli WOLSELY, Bar. The unreasonableness of Atheism made manifested &c.

(e) Ut quoque inter recentiores Henricus MORUS. conf. Joh. Christ. STURMI Physic. Electivæ Tom. I. cap. IV. pag. maxime 149. sq. adde & Celeb. Christiani THOMASII Tract. Versuch vom Wesen des Geistes / & Clar. atq; Celeb. Blasii CAMERARII Kurze Anmerkungen darüber / aliosque, de quibus evolvatur MORHOFIUS.

(f) Ita bene CICERO de Natura Deorum Libr. II. Tomo O. O. edit. Lambini VIII. p. 4728. Alio quoque ex ratione, & quidem physica, magna fluxit multij-

rates considerarentur; Vel (g) Personarum, in quibus variæ Excellentiaæ tum generis, tum virtutum deprehensæ fuerant, facta laudabilia & virtutes in admirationem homines raperent; Vel pericula etiam atque incomoda, aut variii casus depellendi essent & vitandi: ita vel publicos, vel privatos sibi (h) Deos formarent constituerentque, ac formam Dei incomprehensibilem & immutabilem cum variis hominum, animantium, inanimatorum, aliarumque rerum formis mutarent, imo, in bonos alios, alios in malos, alios in superos, cœlestes, aërios, alios in inferos, terrestres, subterraneos, marinos &c. Deos distinguerent. Quibus postea, qui soli cœli terræque creatori, vivo veroque Deo competebat, honorem deferebant, atque ab iis bona expectabant, & contra quævis mala infortuniaque auxilia petebant juxta & adjumenta. Quæ ipsa res occasionem præbuit variis præstigiis Diabolicis, incantationibus, & artibus magicis, quibus glaucoma hominum objiceretur oculis, iique in superstitione creatorum cultus occœcati animo detinerentur. Hinc (i) Oracula Gentilium sacra, Leges augurum, aruspicium,

Iudeo Deorum: qui induit specie humana fabulas Poetis suppeditarunt, hominum autem vitam superstitione refererunt &c. Idemque L. II. eodem cap. XXIII. edit. Clar. DAVISII pag. 151. Multe autem alie naturæ Deorum ex magnis beneficiis eorum non sine causa & à Gracie sapientissimis, & à majoribus nostris constituta nominataque sunt. Quicquid enim magnam utilitatem generi adferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque, tum illud, quod erat à Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant, ut cum fruges Cererem appellamus, Vinum autem Liberum: ex quo illud Terentii: Euchn. Act. IV. Scen. V. 6.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Tum autem res ipsa, in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa res nominetur Deus, ut Fides, ut Mens. . . Utilitatum igitur magnitudine constituti sunt ii Dii, qui utilitates quasque gignebant.

(g) CICERO de N. D. L. II. C. XXIV. p. 153. edit. Clar. Davisii: Suscepit autem vita hominum consuetudoque communis, nō beneficis excellentes viros in cœlum fama ac voluntatis tollerent: Hinc Hercules, hinc Caſor &c. adde notas Clar. Dni Editoris, cuius amicitia olim in Anglia sumus fruiti.

(h) De multitudine Deorum confer vel maxime Joh. Gerhardi VOSSII Theologia Gentilem variis in locis; & Vincentii CHARTARII Regiensis Theatrum Ethnico - Idololatricum Politico - Historicum, à Paulo Hachebergio auctum. Moguntiae 1699. 4. aliquos plures.

(i) De Oraculis confer Antonij van DALE, FONTENELLUM, VOSSIUM,

cum, sacerdotum, Pontificum, variii commentandi modi & rationes, (k) Divinationum multiplices artes, Sortilegia, Geniorum (l) varietates, aliaque plura, quæ ad Idololatriam (m) pertinent, utramque paginam apud scriptores Ethnicorum faciunt.

§. V. Cum

Servat GALLÆUM de Oraculis Sybillinis aliisque, Casparum PEUCERUM de præcipuis divinationum generibus, Oraculis, Incantationibus, Geopantheia, aruspicina aliisque.

(k) De corrupta divinatione & ejus variis generibus evolvi hic merentur Theophilus GALE, in the Court of Gentiles Part. III. L. I. C. III. §. 6. - 9. p. 57. - 69. maximè §. 10. & Johannes SPENCERUS in discurſu concerning Vulgar Prophecie, Lond. 1665. 8. Hinc JAMBЛИCHUS de Mysteriis Ægyptiorum pag. 76. Tanta est exuberantia providentia ad ostendenda nobis signa, ut etiam in calculis, virginis, lignis, lapidibus, frumento, farina indicia præbeat futurorum &c. Imo hic omnes evolvi possunt, qui de religione Ethnica, ejusque vario cultu scriperunt, quos plures deprehendes apud MORHOFIUM, Clar. Dn. FABRICIUM aliosque.

(l) De hisce consulatur omnino Georgius WONNA in Dissertationibus de Geiorum ἐρμηνείᾳ, natura, & Geniis Deorum & hominum, habitis Jenæ 1659. in Syntagma Diff. Philolog. Parte II.

(m) Commemorari hic merentur, quæ adfert doctissimus R. ABARBANEL in Comment. in Proph. priores ad 2. Regum XVII. 17. fol. edit. Lips. 290. col. 4. & 291. col. 1. - 4. quibus Decem Idololatriæ constituit classes & species, quarum (1.) est, Adoratio Angelorum. (2.) Cultus stellarum & planetarum. (3.) Cultus

צְרוֹרֹת וְהַטְלִסְמָאֹת שְׁחוֹן עֲשָׂוִים בְּשֻׁבָּת יְרוּעָם quas certis & statutis horis sub influxu stellarum confecerunt. (4.)

Cultus imaginum, quæ proprie fructibus & agriculturæ inserviebant, posita in lucis, collibus & sub arboribus. (5.) Usus Teraphim, ex quibus futura hariolabantur, ut in somniis vel puella elegans, manu lucernam ardente tenens, ipsis interrogantibus, in signum boni eventus; Vel Æthiops cum face extincta, ut signum mali exitus, comparerent: quod ex perverso usu Urim & Thummim introductum fuit. (6.) Cultus animalium vivorum, e.g. Canis, Galli gallinacei, Apis, Draconis &c. eō quod crediderunt Mahalozionis

מַהֲלוֹזִיּוֹנִים inesse in illis spiritualitatem ex superis. (7.) Cultus mortuorum בֵּיתְחֹדֶש קְסֻם particula- & reliquiarum eorum & osium, quæ species נְקָרָא בֵּיתְחֹדֶש קְסֻם significatu vocetur קְסֻם divinatio, quo referuntur, אָבֵן חִידָעָנוּן דָּרָשׁ עַל חִימָתִים

(8.) Cultus Herorum & Imperatorum, qui magnam sibi gloriam bellicam acquisiverunt, ut fuit Jeroboami & Nebucadnezaris &c. (9.) Cultus eorum, qui sapienter de rebus futuris divinare & judicare potuerunt, quæ species proprio vocatur חִנְנָחוֹת augurium & incantatio. (10.) Cultus dæmonum, בְּחַתְּמָסָה לְשָׂרוֹת הַנְּמַצְאִים לְפִי אֲסֹנָתָם בְּאוֹרִי qui in aëre inveniuntur, ut fuit Jeroboami & Nebucadnezaris &c. Post quæ ita concludit, ut earum specierum gradus innuantur, quibus distinguantur, ita ut decima

§. V. Cum autem in hoc mundo omnia ita inter se colligata & implicita sint, ut suo ipsa nexo sese sustineant, & rerum creatarum consistentia & firmitas ipsa partium συμμετρία & Elementorum sapientissima & æquabili (n) commixtione servetur, quibus

pessima sit; denique dolet hæc idolatria species omnes בְּנֵי יִשְׂרָאֵל in Israe-
listis inventas fuisse.

(n) ARISTOTELES igitur de Elementis Metaphysic. L. IV. σοιχέων, inquit, λέγεται, ἐξ ἐσύγκεται πρώτου ἐνυπάρχοντος, αἰδιαιρέται τὸ εἶδος εἰς ἔτερον εἶδος. Elementum dicitur, ex quo quid componitur primo, sic ut sit, & specie sit indivisibile in aliam speciem. Hac autem elementa vel ut principia considerantur, vel ut prima & simplicissima corpora, ex quibus componuntur mixta inanima & animata, tum rationis expertia, tum ea prædicta. De hac Elementorum mixtura & ex ea fluente totius mundi conservatione plane beuc Divus AMBROSIUS, tom. IV. Op. edit. Frob. Hexaemer. L. III. C. IV. p. 27. postquam de qualitatibus simplicibus dixisset, sic bene pergit: Comprehendere autem sensibiliter & corporaliter si uelimus, velut conexa & composita reperimus, uel sit terra arida & frigida, aqua frigida & humida, aër calidus & humidus, ignis calidus & siccus, & sic sibi per has iugales qualitates singula miscentur elementa. Nam terra, cum sit arida & frigida qualitatibus, connectitur aqua per cognitionem qualitatis frigidae, & aqua aëri, quia humidus est aëris. Ergo aqua tanquam brachii quibusdam duobus frigoris & humoris, altero terram, altero aërem videntur amplecti, frigido terram, aërem humidum. Aëris quoque medius inter duo compugnantia per naturam, hoc est, inter aquam & ignem, utrumque illud elementum conciliat sibi, quia & aquis humore & igni calore conjungitur. Ignis quoque cum sit calidus & siccus natura, calore aëri connectitur, siccitate autem in communione terra ac societatem refunditur, atque ita sibi per hunc circuitum & chorum quendam concordia societasque convenient. Unde & Gracè σοιχέα dicuntur, que latine elementa dicimus, quod sibi convenient & concinante &c. &c. Adde l' Abbé GENEST Principes de philosophie Lib. II. p. 66. 67. & MORHOFII Polyhist. Tom. II. L. II. Part. I. §. 8. p. 336. sq. Rabbi quoque Aben TYBBON in רוח חוץ f. Spiritu gratiae seu Physica Ebraeorum, ab Joh. Isaaco Levita latine versa, Colon. 1522. 12. Cap. VII. p. 76. sic verba de hoc argumento facit: הַסְכִּימָוּ כֹּל הַחֲכָמִים שָׁוֵשׁ אֶרֶבֶע יִסְרוֹת מִתְחַת גְּرָגֵל הַירָה וְתַבּעַ כֹּל אַחֲרֵי מְהֻם מִקְרָה אֶת חֲבָרוֹ כֹּל אֶתְוָמְכָר צָר &c. Scilicet: Sapientes omnes conluerunt, quatuor esse elementa sub Sphera Luna; atque hac cuique natura est, ut sibi proximum complexu suo contineat, & ob omnem partem comprehendat. Idemque alibi: וְאֵין הַדּוֹמִים כּוֹתְמָסִיף עַל כָּל אַחֲרֵי מְאַרְבָּע יִסְרוֹת אֶלְעָרוֹב שְׁנָה עֲרָבוֹ בּוֹ כְּלֹא יִסְרוֹת וְהַפְסִיד כְּלֹא אחר וְאַחֲרֵי צְוָרוֹת וְשָׁבָו עַצְמָא אֶחָר מְהֻאָרָב יִסְרוֹת תּוֹכְלָה דּוֹסָם וְנוּגָן Nulla quiescentibus vis inest augescendi ex singulis quatuor elementis, nisi confusa migrata, qua quaque elementa in illis mixta reperiuntur, quorum numerus

quibus in simplicita solatis separatisque, vel cuncta corruerent, vel plus damni, quam utilitatis saepius adferretur: Horum igitur B

que formam suam amittens singulare constituit corpus. Imo singula elementa uocare possit quiescentia &c. Cum quibus consentit CONFUCIUS, Sinarum philosophus divinus. Ita enim ille, postquam duo principia rerum, perfectum & imperfectum constituisset, quatuorque ex iis duxisset imagines, tandem octo composuisset figuræ, quæ vero multiores duplicari possunt, de harum figurarum mutua vel conjunctione vel oppositione, ad Librum YE-KIM (interprete Cham Co-lao): Cælum, inquit, & terra certam ac determinatam sedem locumque obtinent, hæc inferiorem, illud superiorem. Montes & aquæ montium se mutuo penetrant per humores, tam eos, qui in vapores resoluti ascendunt ex aquis locisque subterraneis (unde nubes & pluviae) quam eos, qui densiores cum sint, descendunt; ex quibus deinde fontes existunt, & fluenta & stagna, Tonitrua, seu exhalationes siccæ & calidæ, & Venti, seu vapores & halitus ventosi, frigusque circumstant, se mutuo comprimunt & urgunt, nec non unita permixtaque se mutuo fovent & juvant. Quare & tonitrua majori cum impetu deorsum ruunt, & venti vicissim ab ignitis exhalationibus exstuant. Aqua similiter & Ignis, dum hic illius frigus, illa vicissim hujus ardorem temperat, adeo non inter se pugnant, seque mutuo destrunt, ut contra cum insigni quodam emolumento rerum omnium socientur identidem ac miscentur, plane, ut perlucidum sit, octo figuris, sic aliis alias opponi, ut non tam censi possit oppositio rerum contrariarum, quam earum, quæ vel permisceantur, vel sibi mutuo succedant, atque opulentur, amica societas &c. Vide CONFUCIUS Sinarum Philosopherum, seu Scientiam Sinensem Patrum S. J. iussu Ludovici M. editam in Prœmiali declaratione pag. 42. col. 2. His adde novum Systema Johannis Jacobi LETI, S. Th. & Jur. Doct. de unico rerum naturalium forma i principio, seu de Spiritu materiali &c. quod Taurini prodit 8. 1718. de quo vide Nov. Lit. Ann. 1720. num. 85. p. 676. sq. & Joh. DEE in Monade Hieroglyphica prefat. p. 18. sub. fin. & BANGIUM de literis p. 157. it. Jamblichum aliasque. Confer quoque de conversione Elementorum LUCRETII de Rerum Natura L. I. p. 25. edit. Gifan. Antwerp. 1566.

Et primum faciunt ignem se vertere in auras
Aëris; hinc imbre gigni; terramque creari
Ex Imbris; retroque à terra cuncta reverti;
Humorem primum, post aëra, deinde calorem:
Nec cessare hæc inter se mutare, meare
De cælo ad terram, de terra ad sidera mundi &c.

Sed quotulum haec prolixiora? Respondeat Joh. Gerhardus VOSSIUS Theol. Gent. L. II. C. LI. p. 586. Quodsi mixta omnia producuntur ex elementis, non obscura est ratio, cur iis divinitatem tribuerint Gentes. Nam scilicet colligebant: Si parentes colendi, quia illis originem debemus, quanto magis cultus est exhibendum elementis, unde parentes ipsi, & omne humanum genus, ut nunc catena praetermissa ortum suum ducunt. adde J. C. STURMII Philos. Eclectica Dilect. VIII. d Artis & Naturæ Sororæ Cognitione. p. 369. sqq. & cl. Edmundi PURCHOTT

tur vim summopere admirati, terram, aquam, aerem, ignem pro Diis habuerunt, & quemadmodum tum prodesse tum nocere ea cognoverunt, ita vel cogendi, vel reprimendi, vel conjungendi vel separandi eadē elementa varias excogitarunt artes, quarum accommodatione atque adlicatione sibi aut aliis, tam commoda adferrent, quam inferrent damna.

§. VI. Principem inter eas locum obtinuit MAGIA, quæ quo meliori molliorque (o) nomine appellata primum fuit, & quoniam ipsam rerum naturalium scientiam complectebatur, latius serpere, plurimumque animos occupare cœpit, donec ab hac scientia magis magisque recederet, & plurimum in iis artibus remaneret, quæ superstitione indagine rerum investigare mysteria docebant, manticæ dictæ, quarumque variæ multipli-
cesque

Institutionum Philosophicar. Tom. II. Physicæ Part. I. Sect. II. & Sect. III. C. VI. VII. pag. 191. seqq. Venet. 1713. His junge Hieronymum MAGIUM An- glensem, de exultione Mundi L. I. cap. XV. pag. 26. sq. cuius misera fata, & mortem, quæ ex capta Famagusta à Turcis 1571. s. Aug. ipsi tandem in captivitate à barbaro Mahomede Bassa accidit, merito deploramus, quum & à memoria ferreas catenas gestans de Tintinnabulis commentarium conscriperit, ipse tandem strangulatus, qui ante aucta inter Venetos Judex causarum militaris fuerat. vid. Tob. Magi: i Onomatolog. p. 41. & Tract. de Tintinnabulis, ex edit. Fr. Svve- tii F. Hannov. 1608. in prefat.

(o) Ita Johannes BRENTIUS ad Act. VIII. OO. Tom. VII. p. 158. *Etsi Magia initio fuit scientia rerum naturalium, unde & Professores hujus artis alias Magistri, alias Physici dicti sunt, e quorum numero fuerunt fortassis magi illi, qui ab oriente venerunt ad adorandum Christum; & ex Daniele apparet, etiam Danieli huic arti, nimirum Philosophie naturali operam dedisse, qualem Magum possimus & Salomonem appellare, quod rerum naturalium peritisimus fuerit. Satana tamen astu factum est, ut hac naturalis ars in impiis corrumperetur, & in maleficia & trancantationes minime divinas verteretur. Artes igitur naturales, quibus res um na- turæ investigantur, divina dona sunt. Artes autem magicae, quibus homines de- menterantur, operationes Satana sunt. &c. cui adtipulatur HUETIUS in Demonstratione Evangelica Propos. IX. C. 147. sub fin. pag. ed. Lips. 1668. Ex ve- teri barbarorum horumce philosophorum Magia multum deflexerat recentior illa & à præclaris naturæ studiis ad damnosas & nefarias artes se se demiserat. Sic magia Orientalis purior primum fuit, cum Græca statim ob superstitionem pro curio- fa & mala haberetur. conf. HOFFMANNI Lexicon Universale in Voce Magus. add. Morhofii Polyhistor. Tom. II. L. II. P. I. C. IX. p. 312. seqq. edit. 1714. Cl. Moller.*

cesque semper species fuerunt, ἐργαλεῖα, σοιχείωματα, ἀριθμογαλεῖα, Geomantia, Hydromantia, Aeromantia; Pyromantia, Nigromantia &c. (p)

§. VII. Dividi (q) illa optime poterit in *Divinatorm*, *Præstigiatoriam* & *Effectoriā*, prout varius ea utendi fuerit finis & ratio. Illa vel bona est & legitima, vel mala & prohibita. Continentur enim hac specie divinationes atque prædictiones *cum divina & sanctiores*, Ecclesiæ à Spiritu sancto per Prophetas & Apostolos de variis rerum divinarum mysteriis & satis alias impenetrabilibus & cognitu difficilimis concessæ, & in scripturam factam relatæ, *tum physica & naturales*, quæ ex observatione causarum & effectuum, eorumque nexu & adfinitate in rebus naturalibus, à peritis naturæ scrutatoribus, Astronomis, (r) Astrologis, Medicis in prædicendis futuris adhibentur; quibus accedit communis illa & rusticæ populi, qua agricolæ, saltuarii, opiliones aliique, ipsarum sèpius causarum insciæ, ex obser-
vato

B 2

(p) Confer hic B. Cancellarium OSIANDRUM tract. de Magia, BRISSONIUM, DELRIUM Disquis. Magic. pluresque alios apud MORHOFIUM Polyhist. Tom. II. L. III. p. 451. seqq. Item PROCLUM de sacrificio & Magia. HOFFMANNUM in voce Magia. Theodorum THUMMIUM de impieitate Sagarum. add. FLOERCKIUM de Crimine Conjurationis Spirituum, qui prolixius hoc argumentum tractavit; & M. Davidem RICHTERUM de Conciliatione Spirituum. Jenæ 1716.

(q) Conferatur hic Joh. Ernesti FLOERCKII J. U. D. Commentatio de Conjurationis spirituum crimen C. I. s. VI. ubi dividit Magiam in Divinam, Dæmoniacam & Humanam, quem de tota hac quoque materia in variis locis evolve.

(r) Ita bene ZENTGRAVIUS Diss. de Legib. Hebr. forens. contra Magiam §. 12. p. 15. de ortu magia. Certum interim est Astrolatram peperisse Magiam, que naturales rerum sympathias terrestrium cum cœlestibus statuebat, atque posita conuenienti constellazione, sacrificiis, adjurationibus, consecrationibus, invocationibus & sufficiibus ad sidera demonesque factis, virtutem siderum, ut opinabantur cœci, demonesque, Deorum facies, uti prisci magi loquebantur apud PEYRE-RIUM (Syst. Theol. Præad. P. I. L. III. C. II. p. 192.) devocabat. Ex Astrologicis & Magicis inventis etiam provenerunt varia divinationum genera per physiognomiam, per Metoscopiam, Chiromantiam, Geomantiam &c. quales scilicet apud Gentes istas exercabantur: ob Sympathiam nimirum, quam inter terrestria & cœlestia intrecedere fingebant. De ipsa autem autoritate Astrologiæ hic nullus ue- bis est sermo.

vato variorum eventorum ordine, de tempestatum varietate, de ubertate vel inopia annuorum in agris proventuum (s) quasi divinantur. Huic vero contrariatur *Diabolica divinatio*, qua ipse Diabolus, mille artifex, plurimarum rerum, physicarum maxime, etiam spiritualium scientissimus, arcana quædam do-
ctere, & hominibus, qui vario superstitionis genere & impie-
tate teneantur, futura quædam manifestare aſſolet, quam ob fu-
rorem, & agitationem vehementiorem *marinū*, vel potius *mar-
tinū* vocant. Ad *Præstigiatoriam* (t) vero refero omnes illusio-
num & deceptionum variarum species, quibus variis, miran-
dis & minus solitis phænomenis hominum illuditur & imponi-
tur societati, ut cum mirifica se vidisse credant illi, nihil præ-
ter factam quandam rerum speciem & simulachrum vel agilitate
actionum, vel Diaboli ope fuerit repræsentatum. *Effectoria*,
ut amplissima semper, ita & usitatissima fuit, quam duplēm
constituo, vel *naturalem* & eruditam, vel *superstitiosam* & *dia-
bolicam*. Etenim negari ulla veri ratione non potest, incredi-
biles in rebus creatis inesse virtutes & proprietates, singula-
rem omnibus a Deo vim inditam, & eas esse totius naturæ vi-
res & qualitates, ex quibus inaudita, inusitata, incognita pro-
venire queant, quemadmodum vel variæ naturæ commutatio-
nes & fata, vel sympathia & antipathia inter agentia atque pati-
entia observancur, vel varia sit compositio & temperatio. (u)
Has enim vires, qui strenue & summo studio exploraverit, qui

naturæ

(s) HESIODUS L. II. Oper. & Dier. plures de hac re de tempore serendi & me-
tendi agricolis exhibet leges.

(t) Conf. Tob. MAGIRI Floril. in voce *Præstigiaores*, & Magia. adde
OSIANDRI Tr. de Mag. §. 39.

(u) Evolv hic merentur Joh. Baptista PORTÆ *Magia naturalis* Libri XX. Johan-
nes JONSTONUS in Thavmatographia naturali 12. edit. Amstelod. 1632. MOR-
HOFIUS Polyh. T. II. L. II. P. I. C. VIII. p. 303. sqq. Antonius DEUISINGIUS
in pulveris Sympatheticæ examine. Groning. 12. 1662. Joh. Rudolph. SALZ-
MANNUS in Diss. de Sympathia rerum naturalium hab. Argent. 1661. addi-
possum omnino Systemata Physica.

naturæ arcana indagâverit, qui quanta Dei bonitas, sapientia,
potestas ex omnibus creatis eluceat, cogitatione comprehendo-
rit ſæpius, qui singulorum cognoverit causas & effectus, qui
virtutes hasce effectrices applicare bone & prudenter didicerit,
qui denique varia naturæ phænomena & exempla serie justa &
ordine observaverit, is cognitione sua occulta, & involuta-
rum rerum Scientia, ea poterit perficere, quæ, quoniam illo-
rum ratio incognita est, fidem hominum ſuperabunt, & in
maximam rapient admirationem. Quis enim vel spiritus
omnis, vel animæ nostræ, quæ tamen ſemper à ſe ipſa in nobis
movetur, vim, naturam ac facultates ſatis cognovit? Hanc igi-
tur merito magiam naturalem laudo, & eorum deprædico stu-
dia, qui plurimam in indagandis naturæ arcanis viribusque
operam ponunt. Cum quibus & ii maxime conjungendi ſunt,
qui magiam exerceant *artificialem* & *Mathematicam*, & quanta
ſapientia in (x) numeris & lineis lateat, quantaque ſit Legis iſtius
Iſodynamicæ in fervanda rerum universitate virtus, studioſe in-
quirunt, atque mira arte delineare ſtudent. Quam ob rem in
explicanda hac Scientiæ humanae parte Theologi, Philosophi,
Medici, & omnes fere eruditæ, ac veritatis diligentes indaga-
tores omni tempore elaborarunt, ut, quid creaverit Deus,
quaque illud virium indole creaverit, ſubtiliter interpretaren-
tur. Cum enim hæc naturalia non tantum aut ab ipſo divinio-
ri Spiritu in ſacro Codice ſint proposita, aut ab Angelis bonis,

B 3

quo-

(x) Vid. Exc. Dn. CREULINGII Tub. Math. & Phys. Prof. Diff. de *Maximis &*
Minimis, it. Diff. de *ſtatera universali*, ſeu *Lege Iſodynamicæ*, quam ſub ejus
præſidio defendit illuſtr. Comes GUSTAVUS BONDE, Suecius 1703. It. de *Pha-
nomenis Laterna Magica* per principium Iſodynamicum hab. 1705. adde Joh. Melch.
STEINBRUCKII Magiam Mathematicam ſ. Algebraam Dresd. 1719. imo omnes
Mathematicorum libros, in quibus, quomodo omnia ad mensuram, pondus &
 numeros referti & reduci queant, explicant. Coafer autem ante alios Claudi
Francisci MILLIETI DE CHALES Mundum Mathematicum, TSCHIRNHAU-
SENII, LEIBNIZII, STURMII, CRUSAZII, LAMII, WOLFI, scripta,
in quibus utilitatem hujus Scientiæ ſatis probatam accipies. De ipſa aurea re
adeunda ſunt *Systemata Mathematica*.

quorum operam *Geopyias* albam vocant, ostensa quandoque fuerint atque enucleata, sed etiam hominum solertia & summo studio erudita, qui eadem, & eorum cultores strenuos non laudaremus, omnesque, ut admirandorum naturae effectorum duce-re rationes studeant, adhortaremur. Alia est, quam *Diabolica* dixi, Magia effectoria. Hec enim non nisi prohibito modo atque methodo superstitionis; imo opera quoque & adminiculo dæmonum res mirabiles facit, aut facere videri vult, quæ quia & naturæ vires superare putantur, & divinorum miraculorum potentiam exæquare, bonos quoque & honestos, nisi cauti sapientesque in rerum naturalium & externarum consideratione versari studeant, in devia & superstitionum admirationem perducere, imo quandoque à veritatis tramite avocare poterunt. *Multiplex* quidem hujus artis superstitionis exercitium, mihi *duplex* institui conspicitur. Vel enim *organa & media naturalia* sunt, & quæ in sensu incurruunt, vel *spiritualia*. Illa aut *operativa* sunt, aut *ægyptia prorsus & vi naturali parentia*. (y) Ad illorum classem pertinent omnes res naturales, varia virtute, causis, effectis, formis, natura & origine differentes, in quibus vis quædam operandi, ut in Elementis, inest, quæ variо modo accommodari potest. His adnumerantur omnia ea, quæ vi naturali parentia & destituta, aut ad meliorem usum inventa, vel superstitionis facultatis animæ imaginatricis delusione, vel pacto quodam cum malis spiritibus inito, tum in acquirendis bonis, tum in depellendis malis adhibentur, variæ imagines, icunculae puellares, pilei, annuli physici, laminæ, armillæ, scripturæ, signa, characteres, picturæ, literæ, verba exposita,

(y) Confer de hisce HOFFMANNI Lex. Universi in Vocibus, *Gemma*, *pileati*, *spuma*, *icuncula*, *lamina*, *armilla*, *Galbea*, *Lana*, *annuli*, *magia*, *Decanus*, *pictura*, *imagines*, *amuletum*, *lapides*, *laspis*, *periapta* &c. Adde B. OSIANDRUM de Magia p. 127. sq. & Petrum Fridericum ARTE, de Prodigiosis naturæ & artis operibus Talismanes & amuleta distis lib. singul. Hamburgi 1717. s. in quo varia variorum populorum superstitionis hujus genera recenset, vario- que Autores, qui de iis scripserunt, producit.

tica, nomina propria & Dei & hominum & angelorum, nōtæ numericæ & Geometricæ, aliaque hujus generis plura, in se & natura sua inefficacia, & ab hoc usū remotiora. Inter *spiritualia* media in primis angeli sunt dæmonesque, quorum operam, consilia, adminicula, *methodias*, *egyptias*, *pythagoras*, *evagias* homines male feriati, superstitionis, creduli, impii, in perficiendis suis adhibent, variis eosdem artibus magicis carminibusque in auxilium vocantes & conjurantes; quam ipsam artem *gyptias*, magiam adpellare amant *nigrum*.

§. VIII. Optandum vero vel maxime esset, ut minor semper Magiæ hujus superstitionis per ætates inter homines *auctoritas* (z) fuisset, nec plures ficto hujus artis splendore ac gloria abrepti peccassent; sed floruisse hanc olim inter Gentiles populos, adhuc florere, & inter Judæos & Christianos proh dolor! vigere, imo totum fere terrarum orbem inundasse in propagulo est, nec ulla veri specie negari potest, cum eadem in multorum scriptorum monumenta pervenerit. Originem ejus, in qua vel maxime Literomantia eminet, multi ex populis Orientibus ducunt, imo ad tempora (a) antediluviana tum falsis Enochii (b) verbis, tum loco Gen. IV. 26. (c) adducti; Nec à veritate aberrare

(z) Ita PLINIUS Hist. Nat. L. XXX. Cap. I. sub initium p. 221. sq. Edit. Elsev. *Autoritatem ei (Magia) maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola arrium eres alias imperiosissimas humanae menti complexa in unam se redegit.* Naturam primum è Medicina nemo dubitat, ac scie salutari irrecessisse velut altiorem sanitatemque, quam Medicinam: Ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas etiamnum caligat genus humanum. Atque si hoc quoque suggesterit miscuisse artes Mathematicas, nullo non avido futura de se seculi, atque ea à celo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplices vincula in tantum fastigi adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium prævaleat, & in Oriente Regum Regibus imperet. &c.

(a) Conf. de Magia Antediluv. B. OSIANDRUM de Magia p. 43. sq. item de scriptoribus p. 35. sq. 46. sq.

(b) De hoc fragmento Enochii vide Thomam BANGIUM Exercit. I. de Literarum ortu Quæst. V. p. 16. sqq. Q. VI. p. 93. sq. Exerc. II. Q. VII. p. 126. sq. adde de prophetia librisque Enochii Clar. Da. FABRITII Cod. Pseudopigraphum V. T. p. 160. sqq. Joh. Ernestum GRABIUM in Spicilegio Patrum Tom. I. p. 345-355.

(c) Triplex maxime hujus loci interpretatio est, vel, tum, tempore Enochii cœptum

aberrare videntur, quod inter alia peccata facinoraque, quibus exitium sibi homines antediluviani contraxerant, non ultimum locum obtinuit idololatria & superstitionis, qua Numinis divini spreta auctoritate, & contemptis Noachi monitis, suæ tantum indulserunt indoli. Temporibus vero subsequentibus, postquam ipsa idololatria in maxima posterorum Noachi parte de novo propullulasset vera religione in sola Semi posteritate relicta & servata, ars hæc Talismanica & superstitionis magica maxima cepit incrementa, ut tandem ad omnes populos serperet, qui vel admiranda naturæ vi, vel beneficio Genitorum bonorum & malorum mira perfidere studuerunt.

§. IX.

est invocari nomine Dei, ut vel deum custus coepit, vel oppressus & violatus à posteris Caini in integrum fucrit inflauratus; vel, tunc profanatum est in invocando nomine Jechovæ, ut quod soli universi hujus creatori competebat nomen, creaturis tribueretur; vel, ut Aquilas reddit τότε Σαλεῖν ἐν οὐρανοῖς, tunc posteritas Sethi de nomine Dei vocari, ut ab aliis Cainitis distingueretur, coepit, ut phrasis est Eliae 44. 5. 48. I. Prima cum hi storia rei non convenire videtur, quoniam jam majores Enoi cultum Deo praefiterunt; Altera auctoritate nuditur Paraphrasis JONATHANIS & ONKELOSI, ubi ille חָדְרָא רַמִּים וּחָדְרָוּ לְמַטֵּעַ וּבְעָרוֹן יְשָׁרֵאוּ לְמַטֵּעַ בְּשָׂומָם יְמִרָא רַיִן. Hac est illa atas, cuius in diebus incepunt errare & fecerunt sibi idola, & cognominarunt idola sua nomine verbi Domini. vid. Pentat. Glosat. S. Rever. Dn. JABLONSKII P. I. p. 19. quam ipsam explicationem admittit JOSEPHUS Antiquit. Judaic. L. I. C. IV. pag. 8. edit. Col. & Cap. III. Edit. Ed. Bernardi pag. 13. εἰτε πρεσβύτεροι Εχέργονται μεταβάλλονται τὸ χεῖρον ἐκ τῶν πατρίων (aliis πατρώων) ἐφισμῶν, μήτε τὰς νεομητρέας τημάς ἔτι τῷ Θεῷ παρέχοντες &c. deinde procedent etem-pore de paternis solennitatibus vel institutis, ad mala progressi sunt, neque legitimos honores ulterius prebentes Deo &c. cum quibus consentit R. Salomo JARCHI ad hæc verba, accipi hæc verba per significationem profanationum, seu rerum profanarum, לְקָרָא אֶת שְׁמוֹת הָאָרֶם וְאֶת שְׁמוֹה

העכובים (vel ut Basil ens. בְּשָׂמְחוֹן אֲלִילָם ut vocarentur nomina hominum & idolorum (herbarum) nomine Sancti Benedicti, ut facerent ea idola, eaque appellarent numina divina. conf. Joh. Friderici BREITHAUPTI, Sac. Cæsareae Majestatis & Duc. Saxon. Consiliarii Comment. Raschii latine versum in notis p. 52. sed ipsam hanc sententiam cum Clar. Cat. SCHAAFIO in Targumim selectis operi Aramaeo annexis p. 29. rejicit Celeb. Johannes CLERICUS in Comin. ad h. l. qui tertiam ut majori fide dignam ex Gen. VI. 2. eligit. Adde Henr. AINSWORTHI Annotationes ad h. l. p. 25. sq. & quos allegat ad hunc versum PFANNERUS Ammonit. Sacr. S. p. 38.

§. IX. Excelluisse inter primos vel maxime Chaldaeos, qui hoc nomine late regnarunt, strenuos hujus artis & disciplinae cultores, tum ex majorum Abrahami (d) Taræ aliorumque exemplis, tum ex ipsa eorum philosophia (e) divinatoria, tum ex verbis

(d) Maxime hic commemorari merentur Sabæi seu Zabii de quibus ita R. MAYMONIDES Comm. in Mischn. Ayoda S. C. IV. §. 7. Part. II. edit. Imman. Athia p. 63. והם דרכם נתרורים להם פרטום גROL אלל האומות ועקר זה באהoma הנקרת צבאים והם האומה שיצא אברהם אבינו עה מבינויהם וחולק על טעםם וסברתם המקולקלת במתה שניתן האלהיות מלכו טן החכמה והוא מגוריון ומיכוריהם הכוכבים ומיחמין בחם פעולות שאין להם והם שכתבו ספריהם ברוני הכוכבים והכחוף והחששות והמולות הרוחניות ודבר הכוכבים והשדים והגתה העתירות ועונן ומאנש על רוב מיניהם ושאלותיהם והרבה מכוואת בוז ששלפה והזרה האפתית הרבה עליהם והכrichtה אותן והם ערך עא ונפירות וגנו:

Quorum hanc ex Cl. SURENHISII Misn. part. IV. p. 382. subiectimus versionem: Sed haec vulgaria maxime inter Gentiles & fundamentum eorum reperitur in Gente, qua vocatur Sabæi. Estque gens è patre nostro Abraham, (melius: ex qua Abrahamus pater noster) ortum dicens, qua perversas & depravatas suas opiniones cum illa scientia, quam in corda illius Deus indiderat, fœdissime commiscerat. (melius: qui disceptavit contra errores eorum & depravatam opinionem, siquidem Deus ipsi ex corde suo sapientiam indiderat.) Hac itaque gens venerabatur stellas, iisque operationes adscribatur ineptas, atque de natura stellarum, de conjunctionibus rerum superiorum cum inferioribus, de adjurationibus, de influentiis caelestibus, de signis spiritualibus ac demoniacis, de nuntiis futuris atque responsis, de varii incantandi modis, de mortuis consulendis & similibus, qua lex verissima prohibuit, & gladium suum strinxit contra auatores eorum, ut ipsos excideret. Et hinc illa idolatriæ semina & lacryma (rami) in populo Israelitico existere &c. Adde STANLEI Philos. Orient. L. III. edit. Clerici p. 301-318. FLOERCKIUM in Commentat. de Crimine Conjur. Spirituum p. 127. sq.

(e) Evolve hic STANLEI Philos. Oriental. Latine à Johanne CLERICO versam L. I. Sect. I. & II. de Chaldais. De Chaldais & Zabiis Episc. STILLINGFLEETI Origin. Sacr. L. I. c. III. edit. Cantabr. 1702. fol. 27. sq. confer & S. Rever. Dn. Joh. Christoph. WOLFII, Pastoris nunc apud Hamburgenses ad Cathar. dignissimi, amici nostri & fautoris maximus Dissert. de Zabiis, qua de iis tentem Spencerianam rejicit, habitam Wittebergæ 1706. HOTTINGERUM in Histor. Or. L. I. C. VIII. p. 245. seq. Joh. Henric. URSINUM in Exercit. famil. p. 1072. de Zoroastre. Joh. Gerhard. V OSSIUM Th. Geat. L. I. C. V. p. 32. R.

verbis Prophetæ Esaiæ C. II. 6. &c. (f) clarissimè patet, qui quo majus in cognoscendis astris posuerunt studium, & vim eorum virtutesque in sublunaria fuerunt experti, eo procliviores ad varia Talismana efformanda, usumque eorum magicum, ad varias denique divinationes existebant, inter quorum celebriores Doctores Zoroastrum, Apuscorum & Zaratum Medos, Marmaridum Babylonum, Zarmocenidanum Assyrium &c. PLINIUS (g) refert.

§. X. Ab horum moribus minus alieniores erant, vel viciiores vel remotiores Syri, Cananæi, (h) Philistæi, Arabes (i), Ægyptii (k), Lybii, qui multam in arte hac excolenda operam posue-

MAYMONID. in More Neboch. P. III. C. 27. Theophil. GALE, Court of the Gentiles P. II. L. I. C. IV. §. V. p. 70. seqq.

(f) Conf. ad hunc locum Comment. Clar. VITRINGÆ p. 79. ubi ita: *Nihil vetat generaliore significazione vocem סִקְרָת (Sikrath)* hic accipere, cum ex testimonio Veterum, & ipsius Codicis sacri in aliis locis aequa ac in hoc ipso, liqueat, omnem artem divinatoriam, plerisque, imo omnibus dixerim per Orbem gentibus receptam, ex Oriente, petitam esse. CICERO id totidem verbis restatur hujus disciplina primam Originem (L. I. de Divinat.) explicans, & Diodorus Siculus (L. II. p. 81.) & consentiunt verius scriptores omnes &c. R. Dan. Isaac ABARBANEL in Comm. ad h. I. p. 6. edit. Amstel.

וּוֹרֵא אָסְרוֹן כַּי מְלָאוֹ מִקְרָם רֶל כְּלָכֶר עֲזָבָתְךָ
מַעֲשָׂה עַמְּךָ וְהַהְהָ קְרוֹשׁ עַד שְׁמָלָאוֹ בְּנֵי בֵּיתְךָ *מִכְשָׁפִים*
וְקָסְפִים וְאַלְוִילִים יוֹחֶר פְּבָנִי קְרָם אָנְשֵׁי מִזְרָח וְגַ
Quod dicitur, & impleti sunt pra Orienti, hunc habet sensum, ita deferueristi opus populi Iehova sancti, ut filii domus tuae prestigiatoribus, divinationibus & idolis omnia impleverint pra filiis orientis, scilicet Viris orientalibus &c.

(g) L. XXX. C. I. post initium. p. 222. Tom. III. edit. Elsev. adde Diogenem Laertium in Vitis Philos. p. 3. edit. Steph. 8. 1570. adde J. E. FLOERCKII Comment. de Crimine Conjur. Spirituum Cap. VI. §. 6. pag. 99. seqq. ubi de variis Gentibus refert, quæ inter eas fuerit autoritas Magia.

(h) De Cananæis, Syris, Philistæis &c. vide BO CHARTI Phaleg & Hierozoicon. BRAUNII Varia Sacra, SELDENUM, HILLERUM, CLERICUM aliasque.

(i) De Arabibus sic refert ER PENIUS Diss. I. de L. Arabic. Sed ne nullum scientia genus ab iis prætermissem effetur, scitote, & de Cabballistica arte multos apud eos extare libros subtilem admodum & admirabiles &c. adde B. OSIANDRUM de Magia p. 305. HOTTINGERUM Hist. Or. L. I. C. VIII.

(k) Deliteris Ægyptiorum hieroglyphicis conf. HOLMIUM de Scriptura p. 397. in notis. It. WITSII Ægyptiaca de amuletis Ægyptiacis p. 46. seq. 122. seqq. adde KIRCHERUM aliasque, maxime UR SINUM Diss. Familiar. II. in Trismegisto

posuerunt, uti & Theologia & Philosophia eorum variis Hieroglyphicis, vanisque ritibus proposita testatur, atque exempla Bileami, Labani aliorumque prostant; denique oculis omnium obversantur gravissima divini scriptoris Mosis monita Deut. XVIII. 9. 10. II. (l) quibus de moribus ritibusque Gentium magicis, ne gravissimam Dei poenam incurant, Israelitas avocat atque dehortatur, quibus varia Prophetarum, quos sequens ætas tulit, oracula addi possunt.

§. XI. Persas (m) vel maxime huic arti deditos fuisse, etiam ex hoc potissimum colligitur, quod ipsa vox Magus, aut Magia origine sua Persica sit, & teste Platone τῶν θεῶν θρησκευμάτων significet, quod tota in cultu Dæmonum fuerit occupata, quos ideo coluerunt, ut, si propitiæ illi fuerint, miros eorum auxilio effectus ederent. Quam etiam primus inter eos docuisse fertur

C 2

Zoro-

p. 73-180. Imo Judæi quidam, quamquam impie, tot moras castrorum Israëliticorum in deserto illorum artibus magicis adscribunt, quibus fugitivos tetrahedra aut detinere potuerint. Ut R. JOSEPH ben PODAT in suo Historia MNS. apud GAULMINUM in Tract. de vita & morte Mosis, Notarum L. I. C. I. notat זְרֻתּוֹמִים מִצְרָיִם עָשׂוּ בְּרַבָּרְךָ הַמּוֹלֹת צְרוֹת נְחוֹתָה זְהֹרָה בְּעֵל אֱפֹן שְׁלָא יְוָהָרָךְ עַבְרָהָמְלָא מִצְרָיִם לְעִבּוֹר הַצּוֹרָה

Magi Ægyptii Astrologica scientia fecerunt area simulacra τὸ Baalzephon, que fugiens servus transgredi non poterat. pag. 284. edit. Paris. 1629. & Cl. Fabritii pag. 157. confer eundem Gaulminum de auguriis & Magia Syrorum & Ægyptiorum. L. I. Cap. VII. VIII. IX. XI. It. L. II. C. I. seq. ubi idem de Turcis ex Bartholomæo Georgiewis refert.

(l) Confer ad hunc locum BRENTIUM, AINSWORTHUM, CLERICUMque aliasque. adde R. ABARBANELEM Comm. ad h. locum p. 297. col. 2. ubi sic explicat: עַנֵּן הַמְצֹה הַזֹּאת הַהְהָ נְתָרָה אֶת יִשְׂרָאֵל מִרְכֵי האָמָרוֹ Sensus & intentio huius precepti est, Israelitas à viis Amoræ & abominationibus Gentilium alienare &c. & R. BECHAI Parash. שְׁנָפְטִים pag. 219. col. 4. seq. edit. Ven. 304.

(m) Confer hic omnino J. H. URSINUM de Zoroastre. Clar. CLERICUM in Vers. STANLEI Philos. Orient. L. II. p. 279 - 300. de Magis Persarum, Indorum aliisque vide Theophil. GALE Court of the Gentiles Part II. L. I. C. V. p. 75. seq. RE LANDUM Dissert. VIII. de Veteri L. Persica §. LXXXIV. pag. 188. seqq. De Zoroastre ejusque Etymo confer Gulielmi BURTONI λεύψανα Vet. L. Pers. in notis Joh. H. van SEELEN, Lubec. 1720. pag. 95. not. 71.

Zoroaster, Oromazi filius, qui, quam ipse ex Agonace quodam hausit, religionem magicam inter Persas vel introduxit vel instauraverit, cuius præter plura alia Astroscopica quoque Apotelesmata exstiterint.

§. XII. Idem de Indiarum atque Sinarum populis ratione probaveris facilima, si doctrinæ antiquioris Brachmanum & Gymnosophistarum philosophiæ habeatur respectus, quos plura docuisse magica ex antiquitatis monumentis constat, quorum vestigia hodierni (n) Brachmanes aliisque adhucdum premunt. Imo, si alia racerent, superstitionissimus Confucii Philosophi (o) cultus id satis probaret, quem antiquissimum observant, quos præfens fert tempus, Sinæ.

§. XIII.

(n) Vide Epistolas recentior. Jesuitarum de rebus Japonicis, Indicis & Peruanis, quas collegit Johannes HAYUS, edit. Antwerp. 1605. maxime p. 415. & 936. Et de recentioribus Indis, quantum inter eos floreat varia magia & quidem etiam Diabolica, quantoque in precio, ut divina, habeatur, evolve *Relationes de Malabaricis ACTIS*, & quidem Continuat. VII. Epistol. XL. p. 480. seq. & Continuat. IX. Colloqu. V. p. 711. seq. & Continuat. XI. Epistol. 32. pag. 940. Iq. adde SCALIGERUM, qui ita: *Scito, non solum Mohammedanos, sed & Indos Idololatras ab ultima antiquitate nummos signare aut Gemmas sculpere ad Horoscopum, easque imagines Φυλακτηρίων & amuletorum loco habere v. gr. adversus ictus scorpionum nūculos, horoscopante scorpione, cum imagine scorpionis signant, ut est apud Veterem Geographum Grc.*

(o) Evolvit hic meretur CONFUCIUS Sinarum Philosophus, seu scientia Sinensis latine exposita, studio & opera Patrum Societatis Jesu, jussu Ludovici Magni edita Parisiis 1687. Quamquam enim etiam optima, & quæ plures Christianorum pudore suffundunt, in Confucii doctrina obveniant, qui doctrinam cum vita conjunxit, omniaque præcepta ad vitam retulit, tamen tanta errorum, idolatriæ & artium magicarum multitudine referta & conspurcata est quoque de spiritibus omnium rerum præsidibus, quorum auxilio magna perficiantur, (confer Scient. Sinicæ L. III. Part. II. p. 3. seq. & p. 6. &c.) ut mirum sit ita præfractæ frontis esse potuisse Jesuitas, qui ad defendantum hunc Confucii cultum, & accommodandam religionem Christianam ad impias consuetudines Sinarum, & idolatricas eorum sacrificiorum ceremonias, Ipremis Pontificum decretis, adducere alios non erubuerint. Ita enim illi sub finem vita Confucii, Declarationis Proemiialis p. 124. Intelliget ex omnibus prudens Lector, quam non inutilis futura sit Evangelico. Praenē viri hujus auctoritas, siquidem ea apud hanc Gentem, quæ Magistri sui & literarum suarum usque adeo studiosa est, ut quandoque possit, (et vero potest) ad Christianam veritatem confirmandam; quemadmodum videmus

§. XIII. Ad Gracos transeo, qui quo superstitiones erant, & πολυθεότης studiosissimi, eo majus opera pretium in discipulis artibusque magicis ponebant. Ars enim πλεσματική, γονική, γυναική &c. ut magni habita, ita maximo culta fuit opere. Neque enim hic Philosophos, Poëtas aliosque facile exceperis, qui περίεργα varia aut non tractaverint, aut non laudaverint. Ipse PLATO in Symposium eam divinationem & magiam concedit, quæ fit per Dæmonas. Postquam enim natum eorum medium inter Deos & homines constituisset, quæ interpretarentur & trajicerent humana ad Deos, & divina ad homines, horum scilicet preces & sacrificia, illorum Leges, præcepta, constitutiones, ut sic omnia suo connectantur vinculo, ita pergit: διὰ τύττα καὶ ἡ μελυτικὴ πᾶσι χωρῖ ταῦτα ἵερεων πέχην τῶντε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἐπιφδάς, καὶ τὴν μελυτικὴν πᾶσαν καὶ γοντικὴν θέσης δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μόνονται, αἷλα διὰ τύττα πᾶσαν ἵερην ἡ ὁμιλία, καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἱγνηζόσιν καὶ καθένδουσι. καὶ ἡ μὲν περὶ τὰ πιάντα σοφὸς, δαιμόνος ἀντρος. (p) Ipsam autem

C 3

Apostolum Gentium Poëtarum Grecorum auctoritate olim apud Athenienses fuisse usum. Unum tamen hic sollicie cavendum nobis, posso semper ante oculos eorum exemplum, qui Missionem hanc cum singulari virtute prudentiaque fundatam nobis reliquerunt, ut apud Sinas aīmodum moderate commendemus ac laudemus Confucium, ne testimonio nostro aīque auctoritate, estimatio hominis, doctrinaque ejus, quæ justo prope major est, immodecum prorsus aīgeat, maxime apud Gentem, natura sane superbam, & aliena fore præ suis contemnentem. Multo magis tamen cavendum nobis erit, ne verbo scriptore dannemus, aut ladamus eum, quem tota Gens tantopere suscipit ac veneratur, ne huic odiosi reddamus, non nos ipse tantum, sed ipsem, quem predicanus, Christus; & dum forte contemnimus aut condemnamus eum, qui tam consentanea ratione docehit, quique vitam ac mores cum doctrina sua conformasse creditur, videamus nos Europæ, Sinis saltem, non tam cune Magistro iporum, quam cum ratione ipsa pugnare velle, & hujus lumen, non aīrem Confucii nomen extingue. De ipsa Controversia cultum hunc Confucii spectante conf. S. Rever. Dr. Christiani Eberhardi WEISMANNI, P. P. Theol. Tub. Introduct. in Memorabil. Eccles. H. S. Part. Post. pag. 695-712. adde Epistolam, in qua mens & doctrina P. P. S. J. circa Controversiam Sinensem explicatur. edit. 1710. 8. It. Acta Cause rituum seu ceremoniarum Sinensem &c. Colon. Agrippa. Anno 1715. 8.

(p) Marchio FICINO interprete edis. Lugd. 1590. pag. 327. Per hanc unicus

autem vaticinandi artem vocat καλλίσην πέχυνν. (q) Cum quo conserri potest ARISTOTELES in Libro, quem Magicum inscripsit. Tanta quoque in auctoritate hoc scientiae & artis genus positum fuit, ut multi spem suam omnem, omnemque fiduciam collocarent in eo & ponerent, atque variis mysteriis majoribus ac minoribus a se avertruncarent mala. Quam ob rem varias coluerunt statuas, variasque Deorum a verruncorum imagines sunt fabricati, imo multiplici τελεσμάτων, annulorum, amuletorum usu excogitato, & variis confessis carminibus magicis, quibus in symposiis, ludis, aliisque occasionibus uterentur, omnia tentarunt, quae ad amplificandas has artes potuere facere. Hinc, quo major etiam ipsius LITEROMANTIÆ præstans videretur, vel sortibus Homericis (r) vel literis Ephesiis (s), seu notulis magicis felicitatem & prosperitatem eventuum promittebant, vel ex pari aut impari vocalium in nominibus numero bona malave, ut Pythagoræi, præsigiebant, ut plura alia taceam.

§. XIV.

omne procedit, sacerdotumque diligentia circa sacrificia expiationesque & incantationes & divinationem omnem & Magicam. Deus quidem homini non miscetur, sed per medium commercium omne atque colloquium inter Deos hominesque conficitur, & vigilantibus nobis & dormientibus. Quicunque harum rerum peritus est δαγμόν
ν. seu felix Vir & sapiens nuncupatur.

(q) In Phædro pag. 443.

(r) Inter alia sortium Genera, hoc, quod ῥαψῳδομαγτικα vocabatur, celebre fuit, ut ex nobilis cuiusdam Poëta, maxime principis eorum Homeri versibus, in quos primo intuitu inciderunt, de eventibus futuris judicarent. conf. Dissert. C. G. SCHWARZII, vel potius EICHLERI Altorfi 1712. habitam de Sortibus poeticis §. XV. p. 19. seqq.

(s) De iis Anaxylas ita apud Athenæum L. XII.

ἐν σκυτεστι Φρόδος Ἐ'Φεσης γερίματα καλά
In consutilibus ferunt Ephesiæ literas pulcas. Quoniam hoc argumentum locum Act. XIX. 19. de iis, qui τὰ περίεργα erant περάζαντες, admodum illustrat, igitur quadam de eo subiectam. Ita autem Clemens ALEXANDRINUS Strom. I. V. p. ed. Commel. 414. καὶ τίμοι περὶ τῆς Βαρθάρους ἐνδιατρίβειν, ἐξού αὐτοὺς τὰς ἔλληνας σφόδρα τῇ ἐπικρύψει κεχρημένους παρε-

§. XIV. Romanos quoque hanc scientiam magicam oblectasse, variis perhibent auctores. Cum enim à Græcis Le-

ges

σῆσαι, Ανδροκύδης γ' ἐν ὁ πυθαρογικὸς τὰ Ε'Φεσια καλάμενα γερίματα, ἐν πολλοῖς δὲ πολυθύλητα ὄνται, συμβόλων ἔχειν Φησὶ ταῦτα. σημαῖνει δὲ Αἴσιον μὲν τὰ σκότων. μὴ γάρ ἔχειν τέτο σκιάν. φῶς δὲ, καπάσιον, ἐπὶ κατευγέζει τὴν σκιάν. λίξ τέ ἐσιν η γῆ, καταρράκταις ἐπανυμιάν. καὶ Τετεχός, ὁ ἐνιαυτός, διὰ τὰς ὠρες. Δαμα-

μενεὺς δὲ, ὁ ἥλιος, ὁ δαμάζων. τὰ Αἴσιάτη, η ἀληθής Φωνή. σημενεὺς δὲ ἀργ. τὸ σύμβολον, ὡς κεκόσμηται τὰ θεῖα. οἰον σκότων πρὸς φῶς. καὶ ἥλιος πρὸς ἐνιαυτὸν, καὶ γῆ πρὸς παντοῖαν φύσεως γεννεσιν &c. ex versione DAN. HEINS I: Et quid opus est, ut in barbaris reperiendis immorer, cum liceat ostendere ipsos Gracos valde esse usos occultatione. Androcydes certe Pythagoricus, literas, qua vocantur Ephesiæ, vulgo autem valde sunt celebres, dicit locum tenere symbolorum. Significare autem στοιχιον quidem tenebras, eas enim non habere umbras. κατάστικοι autem, lucem, quoniam illustrat umbram. λίξ autem præsæ appellatione est terra, ἡ τετεχός, hoc est, quaternio annus, propter horas. δαμανενεὺς autem Sol, qui domat, ἡ ἥσια, vox vera. Significat autem symbolum rerum divinarum eum esse ornatum, qui est tenebrarum, si conferantur cum luce, ἡ Sol cum anno, ἡ terra cum omnis generis natura generatione. Barum autem inventores fuisse Idæos Dactylos sapientes idem refert. Stromat. Lib. I. pag. 224. quamquam alii inventionem tribuant Appollonio Thyanœo. Confer omnino HAMMONDI observ. ad h. l. pag. edit. CLERICI 353. seq. eundemque CLERICUM in notis ad hunc locum p. 61. dū nouveau Testament. Celeb. DEYLINGII observat. sacr. Part. III. obs. 18. p. p. 277. seq. Cl. M. ECKHARDI Gymn. Quedlinb. Rect. Technicam Sacram p. 180. seq. CLARISS. FABRICII Observationes selectas in Varia loca N. T. ibique Laut. RAMIRESI de Prado Pentecontarchi Cap. 36. p. 366. Thomam CRENIUM Analect. Philol. Critic. in notis ad Holmii Diss. de scriptione p. 419. Verba Johannis BRENTII in Comm. ad h. l. Tom. OO. VII. p. 366. digna sunt, que hic adscribantur: Quis hoc miraculum efficacia prædicationis Evangelica editum, satis digne explicare posset? Ephesiæ magicis artibus mirum in modum dediti erant, & videbantur id facere hortatu Deasua Diana. Scribunt enim quadam verba obscura anigmatibus similia, nequitque coherentia, descripta fuisse in pedibus, Zona & Corona Diana, quibus si quis iteretur, ac eas descriptas secum gestaret in omni negotio victor evaderet. Unde & proverbium ortum est: Ephesiæ litera, de rebus fortunam, & felicitatem adjuvantibus. Occasione igitur harum literarum seu notularum mirus proventus factus est proficiunt magicas artes in Asia, qui eo plus fidei habebant, quod artes illas praetextu Deas Diana exercebant, & quod nonnum-

ges pecerent & literas, superstitionem simul magnam acceperunt, quam Cultus Simonis Magi (t) sortes Virgilianæ, (u) varii Dii tutelares & firmamenta imperii, ancilia, imagines & telestata à principibus Romanis adhibita, carmina Sabina, Marsionum næniæ, sigilla, Pontificum Libri, variaz commentandiorationes, aliaque plura satis sufficienterque loquuntur.

§. XV. Quanta vero superstitione hujus artis Septentrionales (x) atque Occidentales provincias, Veterem Germaniam, Sueciam

quam cooperatione Satane aliquid magicis suis artibus efficere videbantur. Horum (inquit Lucas) multi comporatus libros exuferunt coram omnibus, & supputatis pretius illorum repererunt quinquaginta millia denariarum, qua summa, si ad monetam nostram exigas plus quam quinque milia aureorum Rhenensem valet. Summa ergo admiratione dignum est, quod non unus, sed multi, & non leviter errantes, sed magicis artibus dedici, quod hominum genus haud facile in veram viam reduc solet, nec tales, quos resp scientia parvo constet, sed qui magno suo damno libros comburunt, potentia Evangelii resipiscunt, & dignos paenitentie fructus afferunt, Immagine, quanto intervallo Ephesij illi nos post se relinquant &c.

(t) conf. Diff. Georgij WÖNNÆ de cultu Sim. Magic contra Baronium hab. Jenæ 1663.
adde HOFFMANNUM & BUDDEUM in suis Lexicis.

(u) Frequensissimus harum sortium olim inter Romanos usus erat, quoniam Principes Poëtarum latinorum Virgilium, ut Græci Homerum, habuerunt. Hinc si quid divinarum de futurorum eventibus voluerunt, versus Virgilii, in quos incidebant, notabant, oraculaque ex iis capiebant, ut ex Alexandro Severo, Heliodabalo, Adriano aliisque patet. conf. SCHWARZIUM vel Eichleterum de sortibus Poëtarum; Itemque de Sortibus variis PEUCERUM & Divinat. p. 396. seq. & de sortitione Veterum, maxime Hebræorum, Martinum MAURITIUM. Eundem usum saepè inter Christianos habuerunt hæ sortes. Ita Carolus I. Rex Britannæ cum elegantissimum Codicem Virgilii in Bodleiana bibliotheca consiperet, suatore Falcklando sortium Virgilianarum periculum fecit, incidentique in versus 615. seqq. L. IV. Aeneidum :

At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu avulsus Iuli,
Auxilium imploret, videat indigna suorum
Funera; nec cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur;
Sed cadat ante Diem, mediaque inhumatus arena.

(x) Confer hic, Olai MAGNI, Gothi, Archiepiscopi Upsaliensis Historiam de Gentibus Septentrionalibus, ejusdemque epitomen per Scribonium Grapheum editam, maxime L. III. p. 30-42. & Olai WORMII Medici Monumenta Danica præsertim in libro I. ejusdemque Literaturam Runicam in variis locis. Hafniae 1651. Joh. Georgii KEYSLERI Antiquitates selectas Septentrionales & Celticas, quæ 1720. No-

Sueciam, Daniam, Norvægiam, Russiam, Galliam, Hispaniam &c. inundaverit, id vel ex reliquiis plus satis patescit, vel varia monumenta idem demonstrant, vel exempla fœminarum vaticinarum, Druidum, Matrum Gallaicarum, Suebarum, Treverarum &c. probant & literarum Runicarum (y) aliarumque inoantationum genera testantur.

§. XVI. Ex quibus nunc facilime intelligitur, quam late magica hæc ars & superstitione diffusa, & quam vario modo ac studio diversissimis in locis culta fuerit & adhibita inter Gentiles Veteres; at

ō { miseras } hominum mentes, ô pectora cœca!

{ cœcas }

Illud vero vel maxime deplorandum est, quod quæ ab Ethnica religione ad Christianæ fidei addictorum societatem accessit Gens, eadem uti re ac superstitione non dubitaverit, neque hoc quoque tempore præsenti eandem adhibere erubescat! Res plane

D

ribergæ prodierunt, maxime in dissertatione de mulieribus Fatidicis veterum Celtarum & Septentrionalium. &c. PEZRONIUM in libro Antiquité de la nation & de la Langue des Celtes. Paris. 1703. 8. adde HICKESIUM de LL. Septentrionalibus, Dignis. Abbatem HILLERUM de Celtis aliquo plures. De Germanis evolvatur TACITUS de Moribus Germanorum aliisque. conferri quoque hic potest Cl. MELLINI Diff. de Suevia Gentili, quam suæ Sueviæ Sacrae inséruit Max. Rever. Dr. PREGIZERUS p 185. seqq. adde Antiquitatum Germanicarum scriptores veteres & novos apud Morhosium & Fabritium.

(y) Sic bene H. SPELMANNUS apud Olaum Wormium in Literatura Runica p. 4. seqq. Runica, (literæ) præterea nuncupentur, sive mystica & occulta, tum quod ab aliarum Gentium literis mira discrepant insolentia: tum vero, quod in occultis suis scientiis (puta Magicis & prestigiatoriis, quibus Borealis illa mundi pars præ ceteris pollet & polluta est) hujusmodi literæ & characteres (ut illa Canopi in Ægypto) maxime clarere &c: Adde hic omnino KEYSLERUM Antiquit. Septentr. pag. 461. seqq. maxime p. 465. seq. ubi ille: Illud addendum, vel vocum affinitate & consonantia, vel, quin literæ etiam ipsa secretis annumerabantur disciplinis factum esse, ut literæ Runica in plurimis incantationum mysteriis adhiberentur. Diversa autem erant Runæ magica ab iis, quibus in reliquis vita negotiis utebantur, pluresque in partes dispecebantur. Glossarium Veteris Islandica lingue septem earum Classes recenset. Sunt enim Sigruner i. e. Runa victoriales, Brunruner Runa fontana, Mälruner, Logo Runa, Aulrunner, Runa Cerevisaria, Biargrunner, Runa auxiliarices, Linrunner, Runa arborea, & Hugrunner, Runa cordiales &c.

plane bene pater sive Apostolorum ætatem , sive subsecuta tempora cogitem . (z) Ipse enim Gentium Apostolus , eum reliquis , ut omnes sibi à περιέργειαις & variis περιεργίαις generibus caverent sæpius (a) admonuit . Postea vero multi ex Valentianorum , (b) Gnosticorum , Basiliidianorum (c) &c. Sectis , qui Literomantiam & magiam Gentilium & Judæorum secuti in fingendis suis diuinis & invocandis Numinibus multos errores errarunt , existiterunt , quos tamen Irenaeus , Tertullianus , Chrysostomus , Clemens Alexandrinus , Origenes , Lactantius , pluresque alii atro lapillo notarunt , ut infra ex ipsorum testimoniis patebit .

§. XVII. Inter recentiores plures sunt , qui pessati hujas rei accusari possunt . Quamquam enim inter puriori religione addictos , protestantes vulgo dictos , plures vel contemptu quo-

(z) Ita enim CHYSOSTOMUS Homil. VIII. ad Coloss. p. 1374. edit Comel. morbum hunc in plebis Christianæ animis δευσηποιεῖ describit , ut contemnum amuletorum pro martyrio habitum referat : πάλιν ἐνόσησεν (παύσιν) ἐκ ἐπίησες περιάπτα , μαρτύρεον ἀντῷ λογίζεται , iterum agrotavit puer , non fecit amuleta , reputatur ei martyrium . adde eund. Homil. VI. contra Judæos p. 245. sq. edit Hoeschel. August. 8. 1602.

(a) Act. XIX. 19. 1. Tim. V. 13. 2. Thess. III. 11.

(b) Conf. Celeb. BUDDEI Dissert. de Hæresi Valentianorum. adde BAIERI Theologiam Historicam.

(c) De Basiliidianorum ABRACADABRA sic Q. Serenus Sammonicus , Medicus & Basiliidis sectator : Ad curandum morbum Hemitritum amuletum confici potest , his characteribus ABRACA , junctis aliis elementis , qua ipso sonitu mira singunt , collo agrotantis adpensum :

Inscribis chartæ , quod dicitur ABRACADABRA
Sæpius & subter repetis , sed dextrae summam
Et magis atque magis desin elementa figuris
Singula , quæ semper rapies & cætera figes ,
Donec in angustum redigatur litera conum.
His lino nexis collum redimire memento .
Talia languenti conducent vincula collo

Lethalesque abigent , (miranda potentia) morbos .

Cujus vis later in Numine Basilidianorum Summo , quod ABRACAX vel Abraxas vocarunt . conf. HOFMANNI Lexic. in voc. Abracax & Abraxas . adde de hac voce & aliis amuletorum & exorcismorum generibus adnotaciones Galilimi SPENCERI ad L. I. Origenis contra Celsum p. 16. seqq. & Joh. Gerh. VOSSIUM Theol. Gent. L. I. cap. VIII. p. 62.

quodam & incredulitate (d) superba , vel ipsis Legibus & doctrina verbi divini ejusque auctoritate adducti prohibitive ipsa hac arte supersedeant , ejusque studiosos ex plebe & vehementer objurgent , & adficiant poenit. Ipsi tamen Pontificii (e) maiorem hujus rei veniam suis impertinent , qui & literis & vobis eam vim tribuunt , qua non naturalia tantum mala , morbi , iæsus , pericula , damna &c. sed spiritualia quoque , mali spiritus , Genii , spectra & ipse Diabolus propelli queant . Notiores in vulgus sunt cerei sacri , agnî Dei , Varii Spirituum exorcismi , abusus nominum divinorum , Angelorum , verborum Scripturæ Sacrae , maxime Evangelii Johannis , aliorumque dictorum , usus amuletorum , portiuncularum vestium sacrarum &c. quam qui negari possent , ut inter Pontificios magis hanc artem magicam semper floruisse , quam inter quosdam cultiores Gentiles merito dubitandum sit , cum & frequentissima ejus inter monachos existant exercitia , & popellus ubique hac lue infectus deprehendatur , maximamque huic rei fidem tribuat , quos proh dolor ! insipiens hominum multitudo inter protestantes cœco quodam superstitionis impetu adducta , sequitur .

D 2

§. XVIII.

(d) Huc pertinent scripta amœbae inter Balhafarem BECKERUM & Joh. HILSTIUM , Paul. STEENWINCKELIUM , Petrum HAMERUM , Johannem van der WAYEN , Melch. LEIDECKERUM , Johannem MARCKIUM , Josephum GLANVILIUM , Joh. WINCKLERUM , Nathan. FALCKIUM , BUDDEUM , POIRETUM , multosque alios . vide Gulielmi Henrici BECKHERI Commentationem de Controversiis Bekkero Theologo Batavo ob librum : die hejauerte Weltmotis , Lips. 1721. tot. Beckero prælustrunt CARTESIUS , HOBIUS , DAILLONIUS , ORCHANDUS aliquique &c. Adde hic Scripta pariter amœbae inter illust. Christianum THOMASIUM & plures adversarios de crimine Magia &c. & qui plurima summa cura collegit , S. R. WEISMANNUM T. II. Introd. H. E. pag. 925. seqq.

(e) Evidem Pontifici hoc crimen Luther & Lutheranis imputare sed falso , conf. OSIANDRUM de Magia p. 226. seqq. BRENTIUM aliosque plures . De ipsis vero Pontificiis res in propatulo est. conf. Theoph. GALE Court of the Gent. P. III. L. II. Sect. III. & IV. p. 187. seqq. BRENTIUM OO. Tom. VIII. pag. 722. seq. HEILBRUNNERUM , GLASSIUM , BALDUINUM , GERHARDUM , BROCHMANDUM , DANNHAUERUM , GEIERUM , MOEBIUM , TARNOVUM , URSINUM , QUENSTEDIUM aliosque . Et quamquam Reg. IX. de libris prohibitis talium artij libri prohibeantur , ipsa tamen praxis alia est .

§. XVIII. Quid mirum igitur *inter Judeos quoque Magiae* hujus pretium fuisse, ut multi illam studiose investigarent, & superstitionis scrupulositate Gentiles imitarentur. Certe, si quædam gens ad idololatriam & superstitionem proelvis extitit, extitit Judaica. Quamquam enim majores illorum à superstitione rerum creatarum cultu avocati, & posteri eorum sanctissimis, saluberrimis divinisque Legibus, præceptis & institutis instructi fuissent, ut sanctitatis externæ gloriam omnibus orbis terrarum incolis præperirent, imo sanctior cœtus & Ecclesia V. T. existerent: Tanta tamen eorum inconstantia & tam flexible & tortuosum multorum ingenium subinde fuit, ut à purioribus sacris ad turpes Gentilium fabulas, (f) & mores superstitiones discederent, gravissimamque Numinis divini offensionem subirent, denique extremum suæ reipublicæ adferrent interitum, quemadmodum & Prophetarum (g) & Christi ipsius oraculis testimoniisque perhibetur, cum quibus in eandem sententiam multi Rabbinorum abeunt, qui superstitiones mores atque idololatriam causam exiliorum fuisse clarissime probant. Hinc etiam patet, quam ob rem vetus illa Theologia Judaica & perantiqua, purior sit & cum verbo scripto convenientior, quam hodierna & recentior, postquam in omnes terrarum Orbis oras dispersi, qui hanc fidem amplectuntur, variorum populorum indolem & mores secuti fuerint. Ipsorum

(f) Legi hic meretur Ath. KIRCHERIUS Oedip. Ægypt., T. I. Cl. V. cap. X. p. 400. ed. Rom. qui Judeos Ægyptiorum imitatores describit: Ita enim post alia: *Ex quibus aperte patet, omnem hanc superstitionem philosophandi rationem, non aliam originem habuisse, quam ab Ægyptiis.* Cum enim Hebrei Ægyptiorum consuetudine multa, ut in primo tomo ostendimus, delectarentur, eorumque sapientiam tot occultis imaginum symbolis expressam unice suspicentes; neque tantum legis prohibitione, per imaginum humanum aut brutale quid representantium, similitudines, eam tradere auderent; impunius hanc literis exhibuerunt; quos secuti deinde Saraceni, hanc execrandissimis superstitionibus ita commacularunt, ut ea publica totius magica superstitionis officina facta sit &c. adde Brentium Tom. IV. pap. 976. Exempla sunt *מְזֹבָלָתֶרֶת*, cultus serpentis נַחֲשָׁתִן, aliquumque idolorum.

(g) Deut. XXXI. 16. XXXII.

rum autem naturæ mysteriorum strenui indagatores, imo superstitionis extiterunt, cuius vel *eversionem* vel *inversionem* esse monent. Summam eorum scientiam & cognitionem adscribunt non Adamo (h) tantum primisque Patriarchis, sed artium quoque Magicarum peritissimos ajunt fuisse Abrahamum (i), Jacobum, Mosen (k), Davidem, Salomonem aliasque. Ubi tamen ex superioribus repetendum est, quid Legitimum in Magia, quid illegitimum, veræque Magiæ παρεγίουμα? Ut enim Theologia revelatae opponitur Idololatria, ita Theologia Naturali magia superstitionis, cuius Judæi varias exhibent definitiones, nomina, species, subsidia, voces, sententias & autores. (l)

§. XIX. Certe hoc clarissime ex קְטִיעָה nostro & schedula religiosa elucescit, quam ipsam ad *Magiam effectoriam referimus*, eam quidem ob caussam, quod & superstitionis literarum atque characterum conspiciatur combinatio, & Angelorum seu Geniorum quos omnibus elementis praesse (m) autumant,

D 3

invo-

(h) adscribunt enim ipsi varia magica vestium & virgæ. conf. Cel. D. GOEZII, Super. Lubet. Diss. de reliquiis Adami, & HILSCHERI Diss. de reliquiis Adami, quam utramque Cl. FABRICIUS Codici suo Psevd-Epigrapho V. T. inseruit, p. 79. seqq. J. H. URSINI Exercit. famili. III. de Sanchoniatone Sect. II. de Adami scientia &c. pag. 191. seqq.

(i) De Abrahamo, cui librum יִצְחָק creationis aliosque libros etiam magicos adscribunt, conf. Cl. FABRICIUS Codic. Psevd.-Ep. V. T. de Abrahamo a p. 341-428. adde VORSTII animadversiones ad Pirke R. Elieseris p. 202.

(k) de Mose conf. URSINUM Exercit. II. Sect. IX. p. 172. seqq. & in Spicilegio Arnoldi, ibid. adde de omnibus hisce & Buddeum & Fabricium in libris citatis, atque Osianorum de M. p. 322.

(l) conf. Compendium Theol. Judaicæ HOTTINGERI Enneadi Diss. Heidelberg. subiunctum cap. IV. Sect. XVIII. p. 275, 276.

(m) Ita enim in *Jalkut Chadash* fol. 147. col. 4. n. 27. sub titulo *Mizvot* legitur: אֵין לְרַב בְּעוֹלָתָךְ וְאֶפְלָו עַשְׂבָּר שְׁרָא וְהַיָּה לְךָ כְּלָאָר סְמוֹנָה עַלְיוֹן וְהַכְּרֵב מְתֻנָּה עַל פַּי אֶחָדו הַסְּפָנָה Nihil est in mundo, nec hercula excepta, cui non prefessus sit Angelus; & diriguntur omnia ad mandatum angelii Presuldis. Nec secundum sententiam in Bereschit Rabba cap. XX. unus Angelus duas legationes suscepit. שְׁלִיחוֹת. Hinc igni praesse dicitur JEHUEL, ut ex *Berith Menucha* fol. 27 col. 1. colligitur: רְמִונָה עַל הַאָשָׁה שְׁמוֹ וְהַוָּל וְהַחֲטוֹן וְשַׁ מְנוּנִים עַל הַאָשָׁה וְשַׁאֲלָה שְׁמוֹתָם שְׁרָפִיאָל גְּבָרוֹאָל נְרוֹאָל

invocatio deprehendatur. Subsidia enim hujus Magiae inter Ju-
daeos sunt vel varia exorcismorum, amuletorum, ἀμυντηρίων,
phylacteriorum (n) Mezuzim, schedularum superstitionarum
genera

חָמֵאָר שְׁמַשְׂאָל הַרְנִיאָל סְרִנְיאָל וּגְמָעָן Qui ignis praefest, ei nomen est
Iehuel, atque sub eo igni praefesti sunt septem, Saraphiel, Gabriel, Nuriel, Tam-
mael, Schimphiel, Hadarniel, Samiel, &c. Et in Amudde Haschibba fol. 49.
בְּרִיאָל הוּא יְסוּדָוּ פָּנָה אֲשֶׁר וּלְכָרְחָזָה שֶׁל מִים וּגְמָעָן
et Michaelis principium in igne est, hinc etiam est princeps ignis. Et Michaelis prin-
cipium est aqua, hinc etiam Princeps est aqua. Et quoniam Angeli alii boni,
alii mali existunt, igitur singulis malis singulos bonos opponunt. Cum enim
Angeli mali etiam preces hominum impedire student, hinc boni illis oppositi,
ut maxime Maharscha super En Jacob Cap. I. Berachot, in Verba
תְּרוּפָן בְּעֵינֵינוּ שָׁמַרְנוּ שִׁישׁ מְלָאֵיכִי רְחִמִּים
sic commentatur: המבאים תפליה ארם לפניו יתברך ואם אין ארם זוכה לך יesh
פְּלָאָכִים אֲכֹרִים וּמְקֻטְרָגִין וּטוּרָפִין אֲרָתִי חֲפִילָה אַוְתָּה
scilicet: accipienda hec sunt in eundem sensum, quo
alias dicitur, dari Angelos misericordia ministros, qui deferant preces hominis
ad Deum, & si homo indignus sit hoc favore, esse è contrario Angelos crudelis &
acusatores, qui diserpunt preces illius atque impediunt, ut ad Deum non perve-
niant. conf. Cl. Georg. Eliez. EDZARDI C.I. Berachot p. 48. & 198. & omnino EI-
SENMEGERI Entdecktes Judenthum P. II. cap. VII. Varietatem autem nomi-
num Angelorum secundum bene notat MAYMONIDES in
יסודו seu fundamentis Legis: cap. II. §. VII. edit. Ios. Athia T. I. p. 3.
col. 2. **שְׁנִינוּ שְׁמוֹת הַמְּלָאָכִים עַל שָׁם מְלָאָכִים הַוְּאָן**
ולפיכך נקראים חיות הקדש והם לטעה פָּנָה מִן הַכָּל וְאַוְפָנִים
ואראלום וחטקלים ושרפים ומלאכים ואלהים ובני אלדים
et ex mente Vorstii & versione: Varietas nominum An-
gelorum est pro ratione graduum ipsorum & proprietas vocantur animalia sanctitas-
tis, que omnium sunt suprema, & Ophanim, Oralim, Chasmalim, Seraphim,
Angeli, Dii, filii Dei, Cherubim & Ischim. adde euadem in notis p. 18. sqq. De
eorum Classibus vide Zemach David, & animadversioes Vorstii in Pirke Eliez.
p. 228-230. De tota doctrina Angelorum ex mente Judaeorum confer BUDDEUM,
Philos. Hebr. p. 343. lqq. Johannem SAUBERTUM in Palestra Theol. Philol. Diss. de
Adoratione ex mente Judaeorum p. 31. lqq. Godofred. LUDOVICI in Comment.
in Ezechielem de Chasmal. 1720. Admodum vero de tota materia consuluntur Cl.
BASNAGIUS in Historia Judaica, EISENMENGERUS in Judaismo revelato,
MAJUS in Theologia Judaica, pluresque alii, quorum magnus extar numerus,
confer quoque PORPHYRUM apud Theodoretum Therapeutic. Serm. III.
(n) Magis projecto horum generum usus iuxta Judges semper fuit, quoriam

genera, quibus vel nomina divina & sanctiora, vel textus quo-
dam Scripturæ Sacrae inscribunt, & vel innectendo, vel ad-
pendendo, vel projiciendo &c. adhibent: Vel Kabbala multi-
plex

ipsorum observatio in ipsis Verbis Legis fuit injuncta. Quid vero קְסִיעָה quid
seu Phylacteria, & quis eorum usus paucis subnotamus. Ad Misniam
cap. XXII. §. 1. sic MAYMONIDES edit. Venet. Comment. Part. II. p. 294.
וקְסִיעָה וְחַפְלִין יְרוּשָׁם
ואלו דְּמָנוֹיִן כְּלֵי חַזְנִינוּחַ סְעוּר וּבְחוּר וְקְטִיעַ וְהַפְּרִין
amuletum & Tephilim, notum est, quid sint. Horum
vero omnium, quæ commemorata sunt, exterior pars coreacea est. Sed intra phylac-
teria & amuletum sunt domunculae, in quibus conscriptum est. Cui ibidem as-
sentitur R. OBADIAS BARTENORA: **הַבְּתִים שֶׁל עֹור פְּרִשְׁוֹת** Amuleta & Phylacteria in
se habent domunculas coriaceas, in quibus sectiones Legales aliquot (nimurum Exod.
XIII. 3-10. XIII. 11-16. Deut. VI. 5-9. XI. 13-21.) descriptæ sunt in membranis. Quo-
usque igitur à malo vindicare debuerunt amuleta, vocata fuerunt
קְסִיעָה וְחַפְלִין מִשְׁתְּרָה
qua igitur numquam in aqua immergere potuerunt, ne immunda-
rentur, vid. de Larvacis Misn. cap. X. §. 2.
מְקוֹאוֹת וְחַפְלִין scilicet amuletum & phylacteria non
requirunt, ut ad ipsa perveniant aqua. Ad quæ verba confer MAYMONIDEM.
Comment. Part. II. pag. 181. col. 1. & R. OBADIAS BARTENORAM ibid. col. 2.
לְפִי שָׁאָן דָּרְרָר לְהַכְנִיס וּלְחוֹצֵא מֵה שְׁבַתּוֹן
quia id, quod in ipsis est, non licet introducere & educere. Nec aliis modis illa
immundare licet, Tract. Talm. cap. XVIII. §. 8. ubi commentarios
evolve R. MAYMONIDIS & R. BARTENORÆ P. II. p. 290. col. 3. 4. Erant au-
tem haec phylacteria vel monitoria officiis & pietatis, vel prophylactica contra malos
spiritus aliaque mala, ut legitur in Talm. Hierosol. Berachot fol. 2. oportet phyla-
cteris quavis nocte recitare ad fugiendos malos spiritus. Erantque vel Capitis vel
Manuum, quæ differebant, ut tamen **עַזְוָן הַמִּשְׁרָאֵל** robure essent Israelitis
Talm. Berachot edit. Edzard. cap. I. p. 51. atque illa tamen nobiliora hisce existerent,
ibid pag. 212. Et quamquam usus horum phylacteriorum non in tota Gente Ju-
daica floraret, cum iis tantum discipuli sapientum præcipue utebantur, sententias
tamen, quæ in phylacteriis continebantur, omnes recitare oportebat; (conf.
LIGHTFOOTI OO. Tom. I. p. 720. sq. quem & Tom. II. ad Matth. XXIII. v. 5. p.
356. aliisque in locis evolvere est,) quorum loco Sabæi alam pulli in delubro sa-
cerati & mactati sinistram, ut amuletum adhibebant. vid. HOTTINGERI H.
Orient. L. I. cap. VIII. §. VI. p. 301. Addé de Mezuza & Thephilim ABARBANE-
LEM in Torah. p. 240. col. 3. ed. Bathys. aliquaque Commentatores ad verba Biblica de
Thephili, zizith, Mezuzim, Totaphot &c. His junge HOFFMAN NUM
in Lex. Univ. ad vocem Phylacteria. BUXTORFIUM L. Maj. in voce בְּלָי. SCA-
LIGERUM in Trihaeresio cap. VII. LEUSDENIUM in Philologo Mixto p. 119. sq.
Ioh. SELDENIUM de Mezuza, de Synedris pag. 1233. sq. BRAUNI-
UM de Vestitu S. S. aliquaque maximus BASNA GIUM in Histoire des Juifs

Plex (o), eaque vel Theoretica, vel Præctica, quæ & Magica.
Quamquam enim in Kabbala Theoretica & speculativa (p)
cujus

Tom. III. L. V. cap. XV. §. XII. sqq. p. 752. sqq. LUNDIUM in denen Jüdischen
Heilighthümern L. IV. cap. XIV. p. 796. sqq. WAGENSEILUM ad Gemar. Sota
cap. II. not. 10. sqq. BUXTORE Synag. Jud. cap. IX. Michaelm BECKIUM de Usu
Phylacteriorum. Johannem WEEMSIUM in the Exposition of the Lavves of
Moses. vol. II. L. I. Exercit. 32. p. 158. sq.

(o) Quum plura ad hunc fontem referantur, non abs re erit quedam hic subjungere. Dicit autem originem suam hæc Cabbala Judaica judice Theophilo GALE in the Court of Gentiles Part. III. L. I. cap. IV. p. 75. - 77. ex Symbolica & Mythologica Gentilium Theologia Part. III. L. II. cap. I. p. 117. sq. & p. 216. quamquam in eo non omnes consentiant. Assentit tamen hic REUCHLINUS de Arte Cabballistica L. III. edit. Francof. 1612. p. 713. assertus, Pythagoras philosophiam de Cabballorum præceptis initia duxisse, eamque patrum memoria discedentem à Magna Grecia rursus in Cabballistarum volumina incubuisse. Legi autem hic de origine, antiquitate, auctoribus, divisione &c. Kabbalæ merentur J. H. HOTTINGERUS Philol. Thesaur. L. I. cap. III. Sect. V. p. 434. - 452. qui eam in Præticam, Theoreticam & Figurativam distinguit. Campadius VITRINGA Observ. Sacr. L. I. cap. I. II. III. ubi de antiqua Cabbala Judæorum Sephirotica prolixè agit, recentioremque multis nugis refertam esse affirmat. CUNÆUS de Republ. Hebræorum L. III. cap. VIII. p. 466. sq. edit. Nicolai. It. plur. Rever. H. Jac. BASHUISENIUS in Dissert. II. novæ editioni Clavis Talmudica maxime præfixa p. 140. sq. & in Dissert. de Kabbala Vera & falsa, ubi ad falsam Magicam quoque refert Sect. III. Celeb. BUDDEUS in Introd. ad Philos. Hebræorum variis in locis; Aliisque. Ipsa autem Kabbala Judæorum triplici ratione accipitur. Vel enim Legem Oralem, Moi in monte Sinai datum & oratione propagatam denotat; Vel successionem Historicam præcipuorum Ecclesiæ Judaicæ Doctorum; Vel Doctrinam Dogmaticam, Mysticam & Ænigmati- cam de rebus excellentioris naturæ, qua in sensu non incurunt, e. g. de Deo, Angelis, anima, cæter. quam Athanasius KIRCHERUS in Oedipo Ægypt. fol. 211. ita describit: Cabbala est divinarum humanarumque rerum arcana, per Mosaicam Legis typum, allegorico sensu tradita & insinuata facultas. Atque hæc ultima in Theoreticam & Præticam dividitur. Confer hie vel maxime J. E. Floerckii Com- mentationem de Crimine Conjurationis Spirituum cap. VI. §. XII. p. 127. sqq.

(p) Kabbala hæc Theoretica est vel Inartificialis, que judice WAGENSEILIO, monstruosus quidam est fœtus, ex infâsta commissione doctrina cœlestis & Gentilis Philosophie oriundus; vel artificialis, variis regulis & Speciebus contenta, cui summa sapientiae laudem tribuunt. Species ejus vulgo, ut eas prolixè R. Menasse ben ISRAEL in Conciliatore p. 170. sqq. recenset, tredecim numerantur. 1.) גֵּמָתְרִיא (Gematria), cuius fundamentum est quantitas vel continua vel discreta, adeo que vel Numerica vel Geometrica. 2.) נוֹטָרִיקָן (Notarikon), que ex singulis vocabuli literis singulas formare voces docet. 3.) צִירָף (Ziraph, Combinatio), quando literæ ejusdem vocabuli variis modis transpositæ nova & diversa vocabula efficiunt. 4.) צְוָרָה (Zorah), ex formis & figuris characterum & literarum

cujus tredecim recensent species, multa erudita & curiosa quoque deprehendantur, ut tolerari aliquo modo, si non usque- quaque excusari possit; Eadem tamen hoc quoque refertur, cum quod summam ei præ Scriptura S. auctoritatem (q) tribuunt.

E. unt

otta. **ראשי תיבות וסופי תיבות** (r). Principia & fines verborum. 6.) חַמּוֹרָה (Chamorah), permutatio literarum Alphabeti, que ut amplissima, ita nobilissima inter Judæos species habetur, qua etiam integer Pentatevchus est translatus. 7.) חַסְרָה וּסְלָא (Chasar & Selah), defectiva & plena; que nictur ratione Orthographiæ divi- nz. 8.) סְחֻמּוֹת וּפְתֻחוֹת (Schemot & Pethachot), Clausæ & apertæ, cur in diversis materiis & Sectionibus vel ס (Shin) adhibeatur? 9.) קְרִי וּלְאַכְהִיב וּלְאַקְרִי (Kriy & Alachahiv & Alakriy), legitur, nec scriptum est; Scriptum est, nec legitur. Usus ejus & in Talmude, & in Scriptura Sacra, ut demonstravit Vir. S. Rever. Abbas HILLERUS in Tract. de Keri & Ketib. 10.) אֲוֹתּוֹת קְטֻנוֹת וּגְדוֹלוֹת (Avotot Ketanot & Gedolot), de literis majoribus & minoribus. 11.) חִירּוֹף (Hiruf) Variatio, quando scribitur una litera pro altera e. g. ה (Mem) pro ג (Gimel), cuius ratio vel Grammatica redditur vel Cabballistica. 12.) טַעַמִּים (Tummim), puncta superne scripta, & mysteriosa. 13.) טַעַמּוֹת (Tummot), accentus, eorumque vis & imperia. Cum vero hæc species nobilitate diversa sint, aliaque aliis magis Grammaticæ, quam Cabballistica habentur, ideo quoque alii pauciores numerant, ut GLASSIUS Philol. S. L. II. P. I. Tract. II. Sect. III. Artic. VII. de Allegoriis, edit. noviss. p. 426. seqq. Conf. Joh. LEUSDENIUM, in Philol. Hebreo Diss. XXVI. adde Halicoth Olam, Porta IV. cap. III. ubi varii modi arguendi ostenduntur, & maxime p. 186. edit. L'EMPERERII de Gematria & Notarikon agitur. conf. edit. recent. Bashuisenij p. 243. & STRUVII Rudimenta Logica Hebraorum p. 49.

(q) Omnia nomina hic loquatur R. Menasse ben ISRAEL in Conciliatore Quest. L. in Exodum, p. 169. Videmus hinc sub nomine Legis mentalis sive tradita, comprehendens duas, in quas dividitur, partes, Misnam videlicet, que clarus Commentarius est Legis scripta, & scientiam, occultam, qua per excellentiam appellatur Kabballa. Qui in Misna occupantur, comparari possunt Apothecariis, qui potionis & Medicamenta sua ex variis simplicibus parantes, cum vires eorum ipsi ignorent, tandem prescriptum Medicorum sequuntur. At Kabbala studiosi, sunt instar Doctorum, qui causas & rationes eorum, qua agris prescribuntur, intelligunt. Exempli gratia: Jubet Lex, Thephilum ponit inter oculos, & manibus in signum alligari. Sed quid propriæ sint Thephilum, aut quid significet vocabulum תְּפִלָּה (Tephila), non declaratur. Quia autem fieri nullo modo potest, ut omnes congruant in tali re, oportet audire Misnam & Legem Oralem, à Deo Moi revelatam, qua docet extali materia, tali forma fieri ea, & tali loco ponit debere. Hoc quamvis sufficiat ad observandum præceptum divinum, non tamen animo nostro satisfacit est, qui causam hujus mandati, & quid eo denotetur, investigare vult: Quale mysterium lateat sub corionigro, ex quo solo parare ea licet; quid arcani habeant dua illa litera, ו (Vav) Sin, quæ tria, & altera, que quatuor puncta habet; quid significent quatuor partitiones Thephilla, qua capitii applicantur; quid foramen, cui corrugia inseritur. Hac omnia

ant Judæi, cum quod speciebus ejus גָּמְטְרִיא חַטָּמָה & in magicis rebus abutuntur. Kabbalam vero Practicam, seu קַבָּלָה פְּעִשָּׁת (r) omnino pro subsidio maximo artium absconditarum habent, quæ vero cum LEUSDENIO (s) HOTTINGERO (t), GLASSIO (u) aliisque, ab omnibus, ut prohibita & diabolica rejicienda est. Est enim, ut KIRSTENIUS ait, Magia maledictæ essentia, quæ de exorcismis, incantationibus, pellendis malis spiritibus, curandis morbis aliisque rebus malis, per literas quasdam & voces vel adpensas vel pronunciatas agit, atque cum summo & detestabili nominis Tetragrammati, aliorumque nominum divinorum abusu & profanatione conjungitur. Eo pejor hæc Kabbala haberi debet, quo magis suggerit verba magica, & eam in iis inesse vim atque virtutem docet, qua mirandi effectus produci omni tempore queant. Et quamquam ipsa suspecta quibusdam Judæis videa-

explicantur Kabbala, indeque vocatur ANIMA ANIMÆ &c. conf. hic omni-
no R. ABRAHAMUM filium Isaaci SCHALUM in Tract. נֹה שְׁלֹו Lib. V. cap. V. pag. 66. col. 2. seq.

(r) De hac ita Pl. Rever. Sen. Georgius SERPILIU S in prefat. ad Tract. Profelyt Joh. G. GOTTFRIEDI qui mecum Denckendorfæ fuit, Jesus der wahre Messias aus dem geoffenbahrten Wort / und verborgenen Geheimnissen der Juden: c. zu geschweigen / daß man gar leicht / (à Kabbala Theoretica) auf die verschüchte Cabbalam Practicam der Juden geleitet werde / welche in nichts anders / als einer Teuffelschen Bauberey / und unverantwortlichen Weisbrauch / alles dessen was heilig ist besteht.

(s) Hic in Philologo Hebreo pag. 314. ita differit: Hanc Kabbalam sequuntur illi, qui per literas, vel per nomina quedam collo vel suprajanuas suspensa se contra pestem, contra bellum, contra diabolum, & contra alia mala defendere volunt; vel qui putant, se morbum Herculeum aliasque morbos sanare posse pronunciando vel insuurrando clanculum in aurem nomen Jehova. Etiam hujus Kabbala participes sunt, qui per Evangelium Iohannis miracula quedam efficere tentant, sed omnes siue sine Iudeis siue Christiani deridendi & exsibandi potius sunt, quam rationibus refutandi, qui literis aut vocibus ullam physicam vim vel morbos sanandi, vel diabolum pellegendi adscribunt.

(t) Hic Thesaur. Philol. Capit. cit. p. 444. Kabbalam Practicam Magicam esse, & prorsus damnabilem adserit, utpote, quæ cum Verbi Dei horrenda profanatione sit conjuncta.

(u) Phil. Sacr. p. 478, sq. Adde HOTTINGERUM de Talismanicis H. O. p. 284. sq.

videatur & prohibita, ut infra monstrabo; imo ab iisdem ex invidia & blasphemia ipsi Christo Ἰησοῦς τὸν θεόν (x) tributa: antiqua tamen eadem fuit & per secula culta, hodieque frequenter magno studio à pluribus adhibetur.

§. XX. Temporum autem rerumque occasionses & genera multiplicia sunt, in quibus adhibere hanc Kabbalam solent. Triplicem vero vel maxime Vitæ statum esse arbitror, in quo

E 2

usus

(x) De blasphemia quod omnia sua miracula per Schemhamphorasch Christus perfecerit, plures contra Judæos scripserunt, inter quos etiam LUTHERUS in libello germanico de Schemhamphorasch eminet. Conferri hic possunt LEUSDENIUS in Phil. Hebr. p. 313. Laurentius FABRICIUS in Orationibus duabus de Schemhamphorasch usu & abusu apud Judæos, maxime Orat. II. plagula E. 3. sqq. pro omnibus autem loquatur Cl. Georg. Eliez. EDZARDI cap. II. Avoda Sara, qui ad verba pag. 48. quod venerit Iacobus נָכָנִי Scaniensis (discipulus Jesu Nazareni) ad sanandum filium Dame, quem momorderat serpens, cui vero R. Ismael non permisit (scilicet nomine Jesu) sanare, prolixissime p. 310. sq. de hoc argumento agit. Cui jungi potest BUXTORFIUS Lexic. Talm. in Vocibus הַרְחֵב &c. Ipsisque adeo Iudaïs meliores sunt Mohammedani, qui Mohammedem suum, quamquam bugatorem sequuntur, in Corano Surata V. v. 109. & 110. edit. HINCKELMANNI pag. 108. 109. ex versione Edzardiana: Ecce dicit Deus (olim in extremo die) b Iesu filii Maria, memento gratiae erga te, & erga Matrem tuam. Ecce corroboravi te Spiritu sancto, ut alloquereris homines in cunis atque in adulta astate. & v. 110. Atque ecce docui te Scripturam & sapientiam, Legemque & Evangelium, & formasti in luto formam avis permisso meo, cumque in flares ipsam, facta est avis permisso meo; sanasti etiam oculum natum atque leprosum permisso meo, & eduxisti (e sepulcro) mortuos permisso meo. Ecce quoque prohibui (seu repuli) filios Israelis à te, (ne tibi noxiam inferrente) quando venisti ad eos cum evidentibus signis, dixeruntque ii, qui infideles fuerunt inter eos, non est hoc nisi fascinum manifestum. adde Surat. III. vers. 40. seqq. vid. Edzard. cap. II. Av. Sar. p. 355. seq. Eodem modo calumniis perit Christum CELSUS, eum in Aegypto Magicis artibus innutritum fuisse, quem vero plane bene refutat ORIGENES L. I. p. 30. edit. Gulielmi Spenceri: ἐγώ δὲ οὐδὲ σπέρω αὐτῷ μάγῳ ήγενόμενοι διδάχαι λόγοι, πείστοντα (πάντα) περάτεν, αὐτὸς θεὸς καρίοντος ἔπει πᾶσι τοῖς πεπεργμένοις. καὶ γὰρ διατέθετε τὰς ἑαυτῷ μαζήτας, οἵ τινες καριούσθαι διακένονται τῆς ἑαυτῷ διδασκαλίας. Ego vero non intelligo, quomodo magus potuisse dare operam, ut persuaderet unumquemque ita suas rationes moderari, ac si redditurus esset earum rationem Deo judici: arque ita suis discipulis instituere, quibus erat usurus ministris doctrina suscipiendis. Conf. etiam OSIANDRUM de Magia p. 59. §. 27.

usus ejus obtineat, sanum nimirum & felicem, ægrotum & periculosum. Aut enim animi & corporis dona amplificare & conservare solliciti sunt Judæi, ut divitias quoque augeant & res domesticas in meliori exoptatione ponant statu, in quibus sponsaliorum quoque & nuptiarum curam habent maximam; Aut morbos pellere, sanitatemque recuperare student; Aut pericula arcere nituntur in puerperiis, in itineribus, in præliis, in insidiis hostium, in terriculamentis malorum spirituum & dæmonum, in furtis, in inundatione aquarum, in incendiis, cæt: (y)

§. XXI. Et quidem de incendiis, ut reliquos casus omittam, extingendis vel maxime gloriantur Judæi, ea nempe se polle arte, scientia & potestate, ut vim flamarum omnium cohibere & igni cuivis resistere queant, putantes. Tanta quoque Christianorum multitudinem invasit supersticio & credulitas, ut Judæorum promissis fidem habeant, & ad extinguedi incendia, Judæorum opis se indigere rati, eos in auxilium vocent, aliorum vel exemplis vel opinione adducti & provocati, quod tale quid per Judæos alibi factum evenerit, ut eorum opera mirifico opere prodeisset. Quodsi igitur ipsi Judæi incendiorum tempore præsentes esse nequierint, eanam tamen superstitionem pluribus in locis adhiberi cernimus, ut vel comparata à Judæis ejus generis קמיעות & amuletum igni injiciantur, vel alii hanc artem atque consuetudinem imiteantur, atque ne in verbis barbaris, ignotis & extinc-

tis

(x) Confer omnino Cl. G. E. EDZARDUM Cap. II. *Avod. Sar.* à pag. 310. lqq. ubi varias Kabbalaæ practicæ species contra omnia mala pluribus recenset. De Genesi itinerum יוחזקֵל & מִזְפָּנָה Juhach & Mazpaz vide R. Mosen BOTRIL in *Comment. ad Iezira* p. 33. col. 2. sic quoque nomina angelorum in morbis adhibent, quoniam subitorum morborum causa angelis malis sit tribuenda, ut prolixè legere est in fol. 141. col. 2. וכן בכל חלאים נשמת חיים ita se res habet in omnibus occultis & subitanis morbis, qui à spiritibus hisce malignis proficiuntur.

tis errant, majusque sibi contrahant damnum, germanicas pronuncient verba. (z)

§. XXII. Variant autem hic modum rei vel maxime, tum ratione materiae, qua utuntur, tum verborum, quæ inscribunt, formularumque, quas pronunciant, & forme, quam adhibent. Etenim aut tempus suppetit parandi talia media, aut festinatio & periculum urget; Hinc vel in promptu habent schedulas tales religiosas, cum membranaceas, tum chartaceas, quibus vim hanc extinguendi tribuunt, quas igitur exorto incendio in ignem injiciunt, vel dicta varia mussitando, vel verba magica murmurando, vel formulis quibusdam ignem (a)

E3

ad-

(z) Exhibet ejusmodi & tenoris verba WAGENSEILIUS in Quæst: der denen Juden fälschlich beygemessene Gebrauch des Christen: Bluts. p. 72. ibi enim scribit: Die Christen/ weilen sie das Hebräische nicht wohl aussprechen können/ und fürchten / sie möchten etwas nicht recht sagen / wodurch dann das Ubel grösster werden darfste/ sagen darfür:

Feuer siehe still/ um Gottes Will/

Um des Herrn Jesu Christi Willen:

Feuer siehe still in deiner Glut/

Wie Christus der Herr ist gestanden in seinem Rosinsfarben blut.

Feuer und Glut ich gebaut dir bey Gottes Namen/

Dass du nicht weiter kommest von dannen/

Sondern behaltest alle deine Funken und Flammen.

Amen! Amen! Amen!

quæ eadem verba & Cl. Schudtius reperit.

(a) Exortis enim incendiis, aut præleguant legem, aut per solum nomen Jehova ignem adjurant, scilicet בשם יהוָה בשם יהוָה אלֹהִים ut extracto titione ex igne dicat: Ich ziehe dich heraus mit meiner Hand/ woll diesen Brand/ und beschwöre dich bey dem allmächtigen Gott/ und bey seinen zehn Gebotten/ dass du nicht solt weiter kommen können/ dann wie du jetzt bist/ im Namen des Jehovah/ des Gottes Israels; und also sag er dreymal ic. Aut commeniorata voce אגלה Agla accieant vel Psalm. CVI. v. 30. & stetit Pinhas & oravit & plaga fuit inhibita, vel Exod. XII. 27. Sacrificium hoc est Jehovah & Agla simul adhibent hac formula usi

שכיבען האש בשם יהוה אלהי ישראל וככח השם יהוה אלהי שראא רחוק ווחר ספקופר ויהפכל מושת, Eggo adjuro Te o Ignis per nomen Jehovah, Dei Israe-lis, אל יהוה והשׁק האש Agla s. Eglæ, ut non progrederaris ultra ex loco tuo. Addat etiam dictum Num. XI. 2. Moses invocauit Dominum, וְאַזְעָזָלָה גָּבָרָה Ge.

adjurando; *Vel ova accipiunt*, & variis signata nominibus projiciunt; *vel tractam panis literis figurisque distinctam*; *vel vestes aliaque adhibent*; *Vel domibus characteres inscribunt*, quorum vi magica flamma arceatur. Formulae autem & modi scriptiorum varii deprehenduntur, prout vel simplex & solum nomen, illudque vel integrum, vel transpositum & immutatum, (b) vel solum נָגֵל semel aut sape positum, vel utrum-

que

(b) Plures sunt inter Judæos ingenii lusus, quibus variis Kabbala Theoreticæ speciebus, Notarikon, Gematria & Temura usi, miris sensus, ex literarum commutatione, permutatione, transpositione elicunt, qui rudioribus vel maxima mysteria videantur, in quibus tamen clavis abscondita omnium ænigmatum inest. Quem enim ad modum situs varius, ordo rectus vel inversus, superior vel inferior series, diversissimæque literarum translocationes observantur, ita, quamquam non lateat ars magna, resque saepe nullius sit pretii, lectoribus mira saepe, insolita, mystica omnia habentur, quæ tamen, si clavis ad manum fuerit, levè opera solvuntur. Quanta autem hujus rei sit inter Iudæos dignitas & auctoritas vix dici potest, qui occultiorum pluribus & ignotam sapientiam hic contineri somniant, divinorumque & humanorum mysteriorum intelligentiam hac arte & scientia comprehendendi arbitrantur. Sunt vero nobiliores & celebriores species ipso R. ELIEZERE, in suis פרקי, seu Capitulis cap. 37. 38. fatente, לשון נוטרפון, לשון גמטריא, לשון תמורה permutationis, significatio Gematria, & significatio Notarikon. Hac enim Notarikon ex vocum literis argumentari docet, cum vel unius vocis literæ, ut singula & integræ voces explicantur, aut multarum vocum literæ, vel initiales, vel mediae, vel finales, ad unam, vel aliquot voces formandas combinantur. Illa Gematria, Architectonica, Figurativa & Arithmetica ut amplissima est, ita fons est argumentandi ex literarum supputatione, pro sensu mystico eliendo, duasque primarias partes, ipsam שירוף permutationem & שירוף combinationem complectitur. Hoc modo multiplicia literarum Alphabetæ Kabbalistica formantur, & varia Ziruphim seu Combinationum genera exhibentur, quorum R. ELEASAR CCXLII, RITTANGELIUS vero ad Iezira pag. 28. in Tabula minori, omis- sis tabulis ceteris & conjugationibus, quas non facile cujusdam intellectus capere, aut memoria servare poterit, MMXVI. recenset & numerat, quæ vero perlungare velle inutilis pariter & vanus esset labor. Ut paucis rem absolvam: vel invertitur alphabetum, vel bifariam divisum sibi subjicitur vel tripliciter divisum numerorum valore distinguatur, vel proxima inter se literæ permuantur, aut rotundum & retrosum &c. Hinc celebriora & usitatoria Alphabetæ ALBAM, ALBAM, ABGAD, אַבְגָּד, ATHBASCH, אַתְּבָשָׁךְ, ATBACH, אַטְּבָחָךְ, ACHAS, אַחָשָׁךְ, AIK, אַיְקָה, &c. numerantur, quorum קְנֻעָתָה, quia in explicando hoc amuleto seu יְמִין à me fuerunt adhibita, brevibus hic subjicio, ut facilior lectori parat, suggerat pro alia substituta litera fuerit, ratio. Confer omnino Celeb.

que cum aliis vocibus maxime טיר, adhibetur, vel Angelorum, quos astris elementisque, ut supra dictum, præficiunt, nomi-

Hermannii HARDTII *Ænigmata Iudaorum religiosa* pag. 33. sqq. & pag. 50. Id. Rev. Ioh. Iulii STRUVII, *Rudimenta Logica Ebraorum* pag. 49. lqq. GLASSII Philol. Sacr. L. II. P. I. Tract. II. Sect. III. p. 435. sqq. VORSTII *Pirké Eliezeris* p. 101. & 225. sqq. RAYMUNDI *Pugionem fidei* pag. 316. & pag. 589. edit. Carpzov.

אַבְגָּד הַוּזְחָטִיב
לְמִנְסָעֶקֶרֶת

אַבְגָּד הַוּזְחָטִיב
תְּשִׁרְקָצְפָּעֵס נְמָלֵן

אַגְּהֹזֶת כְּמַסְפָּקָשׁ
בְּרוּחַיְלְנַעֲצָרָת

אַבְגָּד הַיְלָל מְנָקָרְתָּן
טְחוֹן צְפָעֵס חַשְׁבָּן

Notabene: Quatuor priores combinationes in hoc Alphabeto faciunt 10. e. g. נ & ט, quatuor posteriores faciunt 100. e. g. י & ו, duæ ultimæ faciunt 500. e. g. ב & ת. He vero & Nun omittuntur, quia cum aliis literis non bene conjungi possunt, ad efficiendum talēm numerum rotundum.

אַבְגָּד הַוּזְחָטִין
יְכָלְמִנְסָעֶפֶץ
קְרָשְׁתְּדָסְזְפָּאָז

NB. prima series continet unitarios: Secunda Denarios: Tertia Centenarios, & ex subjunctione nova Koph & Zadi, Pe & Resch, Nun & Schin, Mem & Thav milenarios, litera finali Caph, ob numerum inæqualem 500. exclusa.

אַבְגָּד הַוּזְחָטִין
חַטְּבִּיכְלָמְנָן
סְעַפְּצָקְרָשְׁתָּן

Ex quibus schematismis & literas permutandi generibus mysteriosa multa & arcana, quæ aliis mira primo intuitu videantur, fingi utique & formari possunt, ut semper aliæ pro aliis voces ponantur, quæ vel numero, vel quantitate vel literarum varia permutatione secum invicem comparari queant. Quam levia autem hæc sint, & ad abstrusiora, & prohibitam curiositatem deducant facile patet. Hinc etiam quid de Cabbala Germaniea hodie usitatori, quid de Anagrammatismis Græcorum, quid de arte notatoria & punctatoria aliisque sit habendum, elucet; Lusus scilicet sunt & περισσήται, in quibus æque facile contrarium elicere potest vel semper vel plerumque.

nomina adducuntur, quorum provocatione summa vis divino, nomini inhærens, ostendatur, quippe qui omnia efficiant, quæ sic agere eos, variis ordinis & potestatis habita ratione, oporteat; Vel denique verba Mosis, aut aliis scriptoris sub-junguntur. Denique ipsa forma atque figura harum schedularum diversa est; Aut enim est rotunda, ut circulo inscribatur duplex Triangulum, quod verbis in rotunda superficie scriptis includitur, quam in specie Clypeum Davidis מִנְדָּבָר vocare licet; (c) Aut quadrata, ut vel intra quadratum linearum illud triangulum duplex delineetur, vel linearum & notularum loco verba, characteres vel nomina scribantur; aut sola occurrit figura Triangulorum, lineis, punctis vel signis constans. Quæ, ut omnibus clarius ob oculos ponantur, conferri figuræ possunt, quas hic adjicimus, quo diversitas ipsa magis cognosci queat; Quamquam etiam minus diffitear, multum in hac re arti, scientia (d) ac studio, aut etiam ignorantie & festinationis scribarum tribui, ut vel majoris vel minoris virtutis & efficientiae schedulae istæ habeant rationem, vel pretio mirum in modum differant.

§. XXIII.

(e) Vide Dn. Ortlobii Dissertationem de scutis Hebreorum, maxime p. 19.

(d) Varia posse in scribendis קסמיות committi peccata Iudei perhibent, quæ postea vim eorum & virtutem impedian, prout scriptores aut rudes aut periti fuerint. Testis esto pro omnibus R. Moses BOTRIL, Comm. in librum pag. 34: col. 2. ubi auctor, cur sape horum Amuletorum nullus sit fructus & efficacia, ita scribit: אמר משה בוטריל זה האופן שאמרטוי הוא סוד ויסור וAKER: ונקיינה וגמירנא דרא משקר: ולכנ חטאנו כותבי הקטניות שכתבו שם אנילה כל זה טערן מפוזרים: ובקטניות אלו ה לא רצט: ועוזר שיכתבו בראש טהרה: ולכנ לא יצא פועלות לארורה: ועוזר שלא ירעוז שציריך לרדם קודם שיכתוב הקטניות לבטל בחפילה. הסליצים רעים: ועוזר שציריך להתקבון בערך הכתيبة אל סור הקטני ובזה הרצון רוח ניחח לפני האור הבahir ורוחה: ועוזר ספר סיוחר לכל הקטני כתו קרפ' צבי איי שלוי: ובעונות כותבי הסמייעים לא ירעז זה העלייל: ולכנ הטע כותבי פלשתר מציר אופן הנעלם: ובזה אין לתמייה אטן הענין אינו נשלים: וברוך יודע سور החכמתה וגוי Botril, hac ratio est, ob quam dixerim, hanc rem (scilicet notitiam ortus & finis

§. XXIII. Facile igitur cogitare, Vir S. R. & D. possum, cum ipsum hoc, quod mihi explicandum exhibuisti קסמיות seu schedula sacra, à multis aliis sit diversum, quantam sanctitatem, quantam vim & virtutem ei inesse, Judæus, à quo illud accepisti, jactabundus pro more Gentis deprædicaverit, qui sine dubio hanc suam schedulam inter utilissimas & præcipuas retulit. Constat enim primo membrana nobiliori, & quidem in altera parte tincta & colorata, tota pellucida. Secundo forma est quadrata scriptione verborum & nominum delineata, & sexangularis. Tertio scriptio ipsa insignis & tum repetitione, tum copia vocum amplior. Occurrunt nomen Tetragrammaton יהוה expressum bis, latens in vocibus אלרא, Alda, Alpha, אַגְלָא nomen שָׁרוֹי vox, vox אַגְלָא, אַלְפָא nomina Genitorum seu angelorum, denique verba Mosis sensim sensim que decrescentia. Quæ omnia, quia hoc modo conjuncta sunt, majorem vim huic schedulæ tribui, probare debent, quorum etiam brevior, quoque conjectare potui, explicatio subsequitur.

§. XXIV. In medio & interiori sinu, ceu Centro occurunt voces אלרא, אַגְלָא, אַלְפָא, אַלְדָא, אַלְרָא, de quibus sigillatim. Et quidem vox facta & composita Agla vel Eglæ formidabilis est & efficacissima, cui stupendam & incredibilem

F

hotum nominum) arcanum, fundamentum & principale hic esse; Percepique & didici hac minus à veritate aliena esse. Propterea peccant, qui amuleta, seu charcas religiosas, scribunt, si vocem אַגְרָא scribunt, ut hic error notus est. Hec autem amuleta Deo displicant. Quod etiam sit, quod absque puritate (vel manuum vel animi) scribunt, quam ipsam ob causam eorum vis & efficacia in lucem non venit. Porro: quod non norunt, necesse esse, antequam amuleta conscribant, ut precibus cogitationes & interpretationes malas impedian; & quod necesse sit tempore prescriptionis arcanum amuleti intelligere, quia hoc beneplacito bonum odorem coram igne nitido spirabit; porro, quod ne scirent requiri proprium ad quod vis libellum, nimis membranam vel caprea vel embryonis. Et inter peccata scriptorum amuletorum non norunt hac manifesta esse. Quia propter falsa scribunt propter rationem occultam & ignoratam. Hocque modo ne miremur, si ipsa res (ut nempe applicata hæc amuleta vim suam exerant) non perfecta fuerit. Benedictus igitur, qui arcanum hujus sapientia novit &c.

lem vim tribuunt, qua varia confici prodigia, edi miracula, atque maxima damna & pericula areeri queant ; Nullaque est occasio, in qua non mirifica hujus symboli adpareat virtus. Quam ob rem in pluribus amuletis atque schedulis sacris illud deprehendes, ubi præsentissimum (e) sibi auxilium divinum

(e) Hic vero animum intentum & arcani combinationis peritum requirunt, sine quo sola vocis **אָגְלָא** pronunciatio nihil proficit. Loquatur & hic pro omnibus R. Moses BOTRIL Comm in Libr. edit. Mant. p. 34. col. 1. & 2.

אמֶר

משֶׁה בּוֹטָאֵרוּ נִשְׁבְּעַתִּי בְּחַדְּרוֹ יִשְׂרָאֵל שְׁהַשְׁמָוֹת
וְהַאֲכָרוֹתָה לֹא יוּנְלֹדוּ אֶלְאָ לְמַיְ שִׁירָע סֻרְ מַזְאָם וּמוֹבָאָם :
וְאַתָּה לֹא יַדֵּע סֻרְ הַצִּירָוֹفְ כָּלְמַחְ שִׁיבְתָּא לְחַנְתָּן יְנָאָם :
כִּי הַנָּהָה לֹא יוּנְלֹד לְבָעֵל הַמְּרַחְמָה כְּשִׁיחָה כְּתוּב וּחָקָק
בְּכָבוֹעַ רָאשָׁו **שָׁם** אֶלְרָד : וְאַעֲפַ שִׁוְאמָר בְּמַלְחָמָה שְׁלַשָּׁ
פָּעָמִים שֵׁם אֶלְרָד יְעוּרָנִי וּוֹשְׁעָנִי וַיְצִילָנִי לֹא וּוֹעַל לוּ כִּי
לָהּ הַבִּין בְּסִחְכָּרָת הָאָור וְהָוָא כְּמוֹ טְבִילָת הַטְמָא בְּמִים
וְאַחֲרֵי הַשְּׁرָצָן בְּיוֹדָה, כִּרְקָא לֹא יוּנְלֹד לוּ בְּבּוֹתְרָה הַשְּׁמָה הַהָּ
לְהַחְכִּירָוּ : כִּי הַדְּכָר שְׁלָא יְרוּעָ בְּמַחְקָר לֹא יוּנְלֹד וְהַזְּנָ
כְּתוּ סְוֹמָא בְּאַרְוֹבָה : אֶבְלָ כְּשִׁירָע בְּאַרְזָה הַצִּירָוֹפָשָׁשָׁם אֶלְרָד
הָוָא אֲגָלָתָה הוּא טֻוב רְחוּכִּירָוּ גַּ פָּעָמִים וְהַשְּׁמָה וּצְנָ
מָאָהָה גָּבָר לְעוֹלָם אֲדָנִי : וְהַשְּׁמָה הָוָא הַיּוֹצָא לְמַלְחָמָה
וּכְשִׁיאָמָר אָתוֹ בְּכָנוֹתָה עַל סֻרְ הַקְשָׁרָה בְּסֻרְ הַשְּׁתְּלָשׁוֹת
עַשְּׁר סְפִירָה יִנְצָל מְפֻגָּעָ רָע בְּמַרְחָמָה וַיְנַצֵּחָ אַוְיכָן
*id est: Dicit Rabbi Moses Botril, per nomen Ichova Israelis juro, nomina divina,
et omnia commemorationem nihil profuturam fore, nisi illi, qui exitum illorum
& introitum seu ortum & finem noverit. Aut, si quis arcum **צִירָוֹפְ** seu com-
binationis ignoraverit, quicquid protulerit ore, frustra dixerit. Ecce enim nihil
prodent militi aut Duci bellico si nomen **אָלָרָן** galea eius inscriptum &
insculptum fuerit; Et, quamvis ter in bello dixerit, nomen **אָלָרָן** Dei juvet me, ser-
vvet & cripiat e periculo, nihil tamen ei proderit, quia lucem conjunctionis non
intelligit. Utque immersio in aquas ei non prodest, qui reptile immundum adhuc
manu tenet: sic non proderit ei commemorare nomen hoc divinum in die transla-
tionis. Res enim, quam minus investigavit, non conductit, similiisque hic est cœ-
aco fenestra adstanti. Quodsi vero ex notitia combinationis noverit nomen **אָלָרָן**
esse, tum utile illi erit illud ter repetere, utpote quod nomen productum est
ex vocibus **אָרְנוֹן** & **אָגְלָא**, Tu Domine fortis es in eternum.
Atque hoc nomen est, quod exit in bellum (ex Psalm. XXIV. 8. 10.) quod si adhibue-
rit & dixerit quis mente ad arcum conjunctionis vinculi in arcane concatenationis X. Sephirarum directa, liberabitur à plaga mala in bello & superabis hostem
suum. Et.*

num spondent, Deumque omni opera & consilio humano su-
periorem describere sistereque student, ut in solo Jehova omnis
spes ponatur atque fiducia. Quodsi divinæ hujus efficaciam at-
que virtutis fontem & originem in voce **אָגְלָא** investigare ve-
lim, duplē subesse rationem reperio, tum Generalem, tum par-
ticularem. Aut enim est גָּבָר **שָׁם** nomen & index
divina potentia, & explicatur vulgo inter omnes & ab omni-
bus per גָּבָר רְעוֹלָם אֲרָנוֹן, Tu fortis in perpetuum es Do-
mine, & potentia Tua numquam imminuitur, ut & in hac re juvare
possis, denominatione à Sephira seu attributo ducta;
Aut est כָּבָר יִשְׂרָאֵל, שָׁם כָּבָר gloria Israe lis, enigma illu-
stre, totius Gentis Judaica monumentum, atque gloria &
splendoris fundamentum, & testamenti Jacobei Gen. XLIX. 8.
9. 10. II. formula, qua in tolerando suo exilio spe recuperan-
di imperii patrii se lactant, & contra quævis mala medicinam
sibi & auxilium parant. Præsertim vero in extinguendis in-
cendiis hac voce sollicitate, & magna animi fiducia Judæi utun-
tur, & cum sibi, tum aliis Christianis mira se effecturos polli-
centur, si eas res, quibus hoc potentiam divinam symbolum
אָגְלָא inscriptum fuerit, in ignem injecerint, quoniam hoc
modo Deum Israelis, tum reliquis omnibus, tum maxime
flammis superiorum esse indicare queant. Atque hoc fine &
scopo ordineque in specie particulare aqua fit symbolum, seu
שם **שָׁם**, ut projectione scriptæ hujus vocis in ignem id
denotare & significare velint recutiti doctores & viri, plus nem-
pe omnium fontium, torrentium & fluviorum aquis ad com-
pescendum flammarum furem valere & præstare potentiam
divinam, quæ omnium elementorum vires contineat. Cujus
ipsius emblematis rationem querunt & illustrant ex verbis,
quibus Bethuelis filia, Rebecca Gen. XXIV. 19. aquam se-
hausturam Eliezeri & reliquis potum sipientibus promiserat.
Compositionis & conjunctionis vocis hujus Agla ratio ex illa Kab-
balæ specie, quæ Notariiken vocatur, ejusque modo primo peten-
da

da est, qui Aphæresis aut Rabbinorum more dicatur, quo initiales vocum literæ à fronte ablatae in unam hanc vocem combinatae fuerunt. Quod etiam facile de triplici hujus vocis derivatione & origine ostenditur. Ut Potentiam divinam designat, sic ex integris vocibus formatur:

תְּהִיה בָּרוּךְ עַלְמֵן רַנִּי

Tu fortis in aeternum Domine. Ut vero Glorie, spei & contra mala fiduciae est symbolum ex verbis Jacobi moribundi colligitur, ut ex versibus, 8. 9. 10. 11. in quibus fata futura Iudeorum describuntur, quædam verba observentur, ex quorum primis literis hæc vox coalescat:

יְהוָה תְּהִיה אֶיךָ זָר אֲרֹהָה 7. 9. לְאִיסּוֹר שְׁבָט 7. 10. אַיִלְגָּפָן: Maximum enim in hoc vaticinio de tribus Iudeis à v. 8 - 12. futura felicitate & status exoptata conditione latere mysterium putant eam ob causam, quod omnes Alphabeti literæ in eo, solo Dsain, quod figura sua instrumentum bellicum repræsentat, & vocem arma lethalia significantem ab initio format, excepto, contineantur, non sine felici faustoque omne, fore, ut à Jacobo in Agla promissam victoriam ab hostibus non viribus & armis, sed divino auxilio & gratia reportaturi sint, omnique tempore & loco votorum omnium compotes fiant. Ut est nomen aquæ in incendiorum restictione utilissimum ex verbis Rebeccæ hoc modo combinatur. Gen. 24. 19.

וְתִּהְיָה מֶלֶךְ גָּמְלִיק שָׁאוּבָן

& dixit pro tuis quoque camelis bauriam, & simul divinam potentiam innuit. Ex quibus mens scribæ nostri intelligitur, qui de eventu feliciori eo certius mihi sperasse videtur, quo crebrius in ipso hoc amuleto eandem vocem repetuit. Decies enim recurrit, & quidem tum קְפִיצָת הַדָּרֶךְ saltu- atim, tum decussatim, tum angulatim scripta, ut simul mihi ad X. Sephirot alludi in mentem veniat. (f)

Reli-

(f) Confer de hac voce porro STEUDNERI *Judaïsche ABC.* S. CLXXXV.

Reliquæ voces אלָר Alda, נָלְפָן Alpha, in medio quoque positæ, & inter repetitum Agla inclusæ, magnam mysterii vim & speciem præ se ferunt, sed mihi, si bene conjicio, nihil aliud continere & significare videntur, quam ipsum Tetragrammaton JEHOVA, per speciem Kabbalisticam, quæ תְּמוּרָה permutatio vocatur, immutatum, quod ubique latere, ut nomen Tremendum & honorabile, putant, ideoque ne propriis literis efferatur per Alphabeta varia, ut nota (a) §. XXII. monstravimus, illud immutant. Schema ipsum explicationis hoc addo, & quidem 1.) vocis אַלְפָן. In hac enim ponitur

pro י - : א ex serie אַיִם.

ה - : ל ex serie אַחֲס.

ו - : ב & אַלְבָם.

ח - : נ & quidem primo Jod ex Atbach & pro Aleph ex serie אַיִם.

2.) Vocis Alda, אלָרָה, quam simili, ratione explicamus:

pro י ponitur א ex Alphabeto אַיִם.

ה - : ל ex serie אַחֲס.

ו - : ד & אַטְבָּח.

ח - : נ & אַטְבָּח & אַיִם.

3.) Vocis Alar. אלָרָה. Hæc frequenter ponitur pro nomine Dei & pro voce אֱלֹהִים; Atque eandem legendam censeo non Alar sed Alad, quo ipso continet per Gematriam numerum תְּזָהָה (XXXV.) quæ ipsa vox pro Jehova ponitur. Sed quia, (fortean per incuriam scriptoris) non Daled sed Resch legere possum, idcirco etiam in hac mutata forma, omisso uno ה He

F 3

ex

& CLXXXIX. ubi pag. 362. commemorat, se Stuttgardia in Armamentario magnum rhomphaeum vidisse, in cuius capitulo ter vox אֱלֹהִים fuerit consignata, quæ sine dubio quidam bellicus fuerit usus, qui hanc superstitionem Judaicam in pretio habuerit. adde Joh. SAUBERTUM in Palæstra Theol. Philol. p. 64. 65. HOTTINGERUM Dissert. Theolog. p. 284. EDZARDI cap. II. Avod. S. p. 352. sqq. HARDTIUM Enigmat. Relig. p. 71. sqq.

ex Tetragrammato , illud heic abscondi arbitror. Ponitur enim

pro י : - נ ex serie אֵין.
נ - - ל - אָחָס.
י - - ר - אָחָס.

Ex quibus nunc clare intelligitur , quam vim & virtutem huic schedulae tribuat auctor , quod tria hac repetitione maiorem potentiam divinam innuere voluerit ; ut sensus verborum mediorum hic reddi queat : ô Domine Jehova ! ô Jehova ! ô Jehova ! Tu es potens semper & in aeternum , Tu Domine potens es semper & validissimus , qui hanc flamarum vim & furorem reprimat.

S. XXV. Pergo ad voces & characteres , qui in sex angulis inscripti leguntur. Hic denuo bis occurrit nomen יהוה suis propriis literis , in superiori angulo integrum , in duobus subjectis vero divisum . Quantam huic nomini tribuat vim & virtutem Gens recutita , in vulgus adeo notum est , ut neminem lateat , qui vel primis , ut ajunt , labiis de consuetudine Judæorum aliquid gustavit . Cum enim ipsa Dei essentia cum omnibus attributis in eo contineatur , ut inexplicabile habeatur , ad superstitionem usque tum in usu , tum in lectione & pronunciatione ejus curiosi sunt Rabbini , Kabbalistæ maxime , ut ipse olim in Commentatione mea de Vacca Rusa notavi . (g) Hic illud potissimum notandum , quod eodem , ad varia efficienda miracula ,

ut

(g) vide. pag. 189. seqq. ubi ex notis , quæ tantum ad hoc argumentum pertinent , quam infelix & iners opera correctoris fuerit in corrigendo hoc libello plus satis adpareat. Adde vero RAYMUNDI Pugionem fidei Part. III. Dist. III. cap. IV. §. IV. p. edit. Carpz. 685. seqq. HARDTIUM variis in locis anigmatum. Theophilum GALE Court of the Gentiles Part. IV. L. II. cap. III §. I. pag. 239. seqq. WISMUTHUM Dispp. Philol. VIII. Cl. ZELTNERI vel potius Lochneri Dissert. de Evangelio Tetragrammato ex N. T. exulante. hab. 1712. Dissert. Max. Rev. Du. OSIANDRI de voce יהוה habit. Tub. Dividunt autem & permuntant millenis modis , de quibus vide HARDTIVM , & Thom. BANGIVM Exercit. de Origine Literar. p. 145. conf. quoque Georgium OTHONEM , Prof. Marp. de sanctissimo nomine tetragrammato. Edm. GAULMINUM in notis ad Tract. de vita & morte

ut medio certissimo utantur , cuius vel sola pronunciatio priis literis facta cœlum terramque commovere queat , & cuius sanctitatem , (nam & יהוה seu ἴησος Apoc. IV. 8. XI. 17. XVI. 5. dicitur ὁν) summam omnes angeli demisse venerentur. In hoc igitur nomine se unum & verum Deum adorare , & a gentibus discerni innuant , qui in omni calamitate præsidium sit & auxilium , & sua gratia numquam destituat. Ex quo regulæ quædam generales , quas teneant Judæi , profectæ sunt : tum ne illius obliiscantur unquam בפי semper sit in ore Judæi nomen Dei : tum ut in omnibus actionibus ad hoc nomen respiciant : כר המעשים יהו רשם שמים omnia fiant in honorem Dei. Quibus igitur regulis ut satisfiant , varie hoc Nomen transfigurant , & in omnibus vocibus quærunt ; Imo in ipsa figura corporis & conformatione ejus nomen hoc repræsentant , & ad quatuor quoque mundi plagas applicant , dum ex vocibus ימה occidentem versus , & ex voce צפוןה septentrio , sumunt literas ex prima Jod & He , ex altera Vav & He. Id quod simili ratione fit in vocibus חסנה ומורחה meridiem & ortum versus , ubi ex prima accipiunt Jod & He , ex altera Vav & He. Hocque modo nullum casum , tempus , rem , locum excipiunt , in quibus hoc nomen non possit adhiberi , & quidem ea spe certissima , ut felix in omnibus respondeat finis. Hinc quoque multi Judæorum Mosen Prophetam miracula sua edidisse per hoc Nomen ineffabile perhibent , quod virgæ ipsius seu baculo , qui olim Adami fuerit , inscriptum exstiterit , quam Deus , nomine El Schadai , ut appellativo antiquioribus Mose fuerit cognitus , ipsi vero Mosi nomine hoc suo proprio innotuerit , in quo igitur prodigia ediderit , כי בשם אל שדי לא in quo igitur prodigia ediderit , כי בשם אל שדי לא quia in nomine Schadai miracula non fiunc , sed tantum in nomine glorioso. Et constans inter

Judæos

Mosis. L. II. cap. VIII. p. 330. sqq. ed. Paris. & P. 284. ed. Fabrit. Adde RELANDUM maxime in Decade Dissertationum de Tetragrammato. conf. quoque Mons. Ferrand de la Connoissance de Dieu avec remarques de M. . . . cap. II. p. 7. seqq.

Judæos traditio est , Mosen Ægyptium illum non ense, aut alio instrumento , sed sola hujus nominis divini pronuntiatione percussisse & interfecisse : סְכָאַן אֲנוֹ לֶמְרִים שָׁהָרָג בְּשֵׁם הַמּוֹרֵשׁ ex hoc discimus Mosen eum divini nominis pronuntiatione interfecisse. Quibus etiam CLEMENS ALEXANDRINUS adseritur , qui Stromatum L. I. pag. m. edit. Heins. Commel. p. 252. ita recenset: Φασὶ δὲ οἱ λύχηι λόγω μέντοι ἀνελεῖν τὸν Ἀ'γύπτιον , ὡσπερ ἀνελεῖν υἱερὸν Πέτρον ἐν ταῖς Περγάμοις , Φέρεται τὸς νοσφιασμένους τῆς τιμῆς ἔχωντες καὶ φευσαμένους λόγω δυσκτείνας . Ajunt autem Myſtæ eum solo verbo occidisse Ægyptium , sicut certe postea Petrus in Actibus fertur eos , qui pretium agri sibi usurpaverant , & mentiti erant , verbo interfecisse. conf. GAULMINUM de V. & M. Mosis, Notar. L. I. cap. IV. p. 207. ed. Paris. & ed. Fabr. pag. 113. sqq.

Alterum , quod in tribus inferioribus angulis includitur , Symbolum est אַז בּוֹ גָּהָ אַסְבּוֹגָה . Hæc vox summa cum Deo unionis & spei certissimæ est tessera , & tantum Characterum externa forma à prioribus differt ; imo etiam , quantum initium vocis attinet , prudentia divina ex Psalm. XCIII. 2. & sapientia ex Prov. VIII. 22. Character. Reciproca enim hæc priorum Alphabeti literarum collocatio , & collocatarum combinatio , confessio- nis quotidiana , quam voce אַטְן finiunt , & cuius symbolum vox est Jahadonhi scilicet יְהֹוָה אֱרֹנִי , eundem numerum cum אַטְן , scilicet 91. efficiens , recordationem in memoriam revocat , ut semper se unum Deum confiteri , & cum eo conjunctos esse deprædicent Judæi , ex qua communione maxima auxilii spes omni tempore proficiscatur. Duplex igitur dignitatis & nobilitatis hujus vocis est ratio ; Vel ut est nota Gematrica symboli Jahadonhi seu יְהֹוָה אֱרֹנִי & Jahaféhha seu יְהֹוָה אֱדֹהָ , dum si- cut quævis syllaba vocis , Asboga אַז בּוֹ גָּהָ , continet octo unita- tes , ita memorialis est symbolorum horum , quorum utrumque octo literas complectitur . Vel ut spem erigit , fore , ut propter

pter unionem cum Deo , אַז tunc tempore periculorum , pre- cses & vota exaudiantur , certitudinis hujus ratione ex Esaiæ cap. LVIII. 9. deducta : אַז תְּקַרְא וּוּהָ וְעַבְדָּה , tunc tu clamabis , & Deus exaudiet . Ut igitur hæc subiecti interpretatio vocum in- clusarum in angulis queat : O Jehova , summe Deus , à quo omnia sunt profecta , & creata , qui es unus Deus , & cum quo ego per fidem & confessionem consociatus sum & conjunctus , in quo etiam omnem spem meam , consilium & auxilium quero & pono , IN tunc , ipso nempe hoc tempore periculi , in hoc incendio te invoco , certi- simus , te auxiliaturum esse , & exauditurum preces ! In aliis au- tem amuletis & schedulis in hisce angulis ponitur vox טִיר , quæ ex Numer. XXII. 32. נְתַחַת רָאָתָה , timuit , vidit , decli- navit , aliquo modo mihi per Notarikon elici posse videtur .

§. XXVI. Egregior ex centro & angulis ad primam interiorem verborum seriem , in qua voces טְפֻתְפִּיה & אַגָּלָה opposito ordine scri- ptæ occurunt . De Agla nihil hic repeto ; vocis potius טְפֻתְפִּיה indolem & significationem inquiero . Magnus autem & celebris Genius hoc nomine à Judæis notatur , quem varia damna & ma- xima propellere credunt , quapropter etiam hoc nomen de- vote attenteque adhibent commemorantque . Eundem quoque cum יְהֹהָךְ Juhach , & נְעוּרִין Neuriran , aliisque tum in itineri- bus Duceat atque comitem tum in omnibus periculis felicitatis , securitatis & liberationis auctorem venerantur . Quid vero in hoc symbolo lateat , vel per Gematriam , vel per Notarikon , in- quiro . Ex lege enim Gematriæ numericæ non ipsa hæc vox pronunciatur , sed is tantum , qui hoc utitur , animo ad טְפֻתְפִּיה directo , sic precatur , sit mihi angelus Dei עַל צָבָא pro exercitu , עַל pro clypeo , צָוָה פְּרָד divino nutu terror omnibus , quia quævis harum formularum valet numericæ 193. ut pariter vox טְפֻתְפִּיה eundem numerum 193. efficit . Alia origo quæritur per סְוִי חִיכוֹת seu finales literas & Gematriam numericam simul . Si- quidem ex versu Exod. XXIII. 20. הַנָּה אֲנָכִי שְׁרָה מֶלֶךְ לְפָנַי ecce ego mitto angelum me- um

um ante Te , qui Te custodiat in via & deducat Te in locum , ultimae literae per apocopen abscissae sunt , **חַיְכָכְכָכְלָם** , quæ valent 193 , pro quibus vox ponitur ejusdem 193 valoris , quam igitur vocem solam in Zohar repeti vides . Imo & hanc vocem formulæ diviniori **אָנָּי וְהֹה אֲדֹהִיכֶם** Ego Jehova Deus vester respondere ideo asserunt , quoniam & in hac numerus 193 contineatur . Præsentissimum igitur contra omnium malorum metum remedium hoc symbolo contineri asserunt , qui in incendiis vel maximus esse solet , mysticumque ejus rei sensum ex versibus quibusdam Scripturæ Sacrae , à Nun incipientibus , inque illud terminatis eliciunt , e. g. ex Cantic . Cantic . IV . II . &c. ex Prov . XX . 27 . **נְפָתָח תְּפִנָּה שְׁפָחוֹתֵךְ כָּלָה** , favus desillans labia tua ô sponsa &c. ex Prov . XX . 27 . **עַנְרִיָּהוּ נְשָׂמָת אָדָם חַוֵּשׁ כָּלָחָרוּ בְּטַנָּן** . Lucerna Domini est spiraculum hominis , quæ investigat omnia secreta ventris &c. ubi ט & פ ordine inverso reperiuntur ; ex Chronic . XII . 2 . ex quo loco Jod accipitur ; **קְשָׁתָן נְשָׁקָן** , tendentes arcum &c. Et He ex Prov . VII . 17 . **נְפָתָח מְשֻׁכְבֵי מֶרֶאָה לִיְלָהָה** aspersi cubile meum myrrha , Aloe & Cinnamomo &c. Postquam enim ex hisce locis solatium cœperunt , vocis memores , se contra omnem metum munitos esse confirmatosque superstitione arbitrantur . Tanta quoque hujus characteris inter Judæos autoritas est tantaque dignitas , ut ejus virtute res suas maximas gessisse Davidem Regem perhibeant , in cuius Clypeo cum aliis symbolis , veluti ad modum Clypei Herculis , nimirum insculptum fuerit , ut ex vers . 69 . 70 . 76 . Ps . CXIX . adpareat . (b)

Non

(b) Equidem torus hic psalmus in Libro **שָׁמוֹשׁ תְּהִלּוֹת** ad abusum à Judæis pertrahitur , ut quoque Hardtius in Jaddo p . 551 . lqq . annotat ; de ipsa autem voce hac ex syllabis initialibus vers . 69 . 70 . 76 . judicant , Clare in hanc rem R. Salomo

ROKKA in Sepher fol . 59 . cap . 3 . **כּוֹנָאָתָן** . **רְשֵׁי הַפְּנִים הַנְּקָרָאִים** . **רְשֵׁי דְּלִיעָרָא רְאָה מְהֻרְבָּנָן לְעָלָמִים אַלְאָה** . **בְּיוֹחָד עַמְּדוֹן** . **לְעוֹלָם וְעַד קְדוֹשׁ וְגָדוֹל הַמְּחַשְּׁבִי הַתְּפִפְתּוֹה הַמְּיוֹחָרִים** . **וְכָלָם יְחִיד לְעוֹלָם וְעַד שְׁלֹבוֹב קְרוֹשָׁתוֹ נְקָרָא מְחַשְּׁבִי לְרִמּוֹת**

Non vero sine singulari studio octies hic character in præsenti schedula repetitur , cum opposito & mixto cum Agla ordine , tum in quatuor extremitatibus , ad fortius pellendum omnem metum , & arcenda majora damna , quoniam hoc modo & loca & personæ undiquaque auxilio angelorum septæ majori liberentur malo , & omni excusso timore , & trepidatione abjecta facilius se ab injuria flamarum & periculorum vindicare possint ; imo angelo hoc vel Genio instructi & adjuti constanti firmoque animo in omnibus periculis permaneant , spe liberationis & auxilii in opera consiliisque angelorum posita (i) Est que igitur hæc paraphrasis , & mentis Judaicæ explicatio : Tu Domine Potens , qui fortissimos angelos ministros habes , Te invoco , ut me illorum confortio stipatum servare velis ! Adesto nunc benignitas . Tua & misericordia , in omnibus , quæ nos premunt periculis , ut sub angelorum Tuorum ministerio tuti omnes permaneamus ! Hè nobis excutiant timorem ! hi pericula majora propellant ! hi nos defendant contra malorum insultus ! hi omnia quoque extrema loca occupent , ne flamarum vehementia latius grassetur & serpat ! ne furor earum augeatur

G 2

§. XXVII.

דָּלִית לֹן רְשׁוֹת לְהַגּוֹת אָוֹתוֹ כִּי אֵם בְּמַחְשָׁבָה הַוֹּצָא מִפְסָקָה
הַאֲלֵפָא בְּיַחַת שֶׁל הַחְוִילָם טְפָלוֹ טְפָשׁ וְהַנָּא חַסְרָה וְגַם
אַכְּחָרְיָאָל וְסְנַרְלָפָן (b) **תְּפָשׁ** וְהַנָּא חַסְרָה וְגַם
qua Cl. Hardtius ita vertit : *Tres angeli faciei* (c) respectu Abrahami Haaci & Jacobi , qui dicuntur amici superi , non dis-
junguntur unquam , sed una perpetuo existant in nomine sancto & intellectuali ,
טְפָטְפָה , quod illos adunxit , ut una semper existant . Quod pra ingenti sancti-
tate vocatur intellectuale nomen , eo quod nefas sit illud memorare nisi mente . Quod
nomen emergit ex versibus Alphabeti Ps . CXIX . ex voce v . 69 . ex voce
טְפָלוֹ v . 70 . & ex voce v . 76 . Ipsum autem usum ostendit R. Nathan NATHA
ben Mosis Hanover in portis Zionis , libro precum , quæ quovis tem-
pore observandæ sint passim cuius editionem forma duodecima Wilmersdorfi-
sem absque anno impressionis mecum amice communicavit Vir Digniss . Dr .
Hiemerus . De quo etiam conf . Cel . Dr . Paltoris . J. C. WOLFFII Biblioth . Hebr .
p . 923 . sq .

(i) conf . hic HARDTIUM in Enigmat . Relig . Iud . pag . 117 . sq . & in Jaddo p . 550 . sq .
adde Napthule Elohim . fol . 23 . cap . 1 . & R. SCHLEMO
ROKKA in Sepher Sholma . seu meditationum Salomonis p . 59 . cap . 4 .
conferri quoque hic potest R. BECHAI Comm . in Torah , Sect .
fin . pag . m . 198 . col . 3 .

§. XXVII. Sequitur media series, in qua quater in quatuor
extremis vox שׁדָּא Schaddai, omnissufficiens occurrit. Notat ve-
ro hæc vox sufficientissimam divinae potentiae abundantiam, (k)
qua & ipse omnia creavit, resque creatas potentissime conser-
vat & tuetur, atque contraria omnia & adversa pessundare po-
test. Bene enim pro composito habetur hoc nomen, ex וְ & יְ,
vt significet, qui sufficit & cui sufficit; nimirum qui sufficit
omnibus creandis & servandis, & qui solus sibi sufficit, ne ul-
lius rei adjumento, auxilio, opera, ad operandum, & ad de-
struendum habeat opus. Ind. x igitur est & summa divinae poten-
tiae, beatitatis & aeternitatis, quam summa veneratione in hac
voce venerari oportet. Cumque omnibus modis spes humana
decollavit, divina hæc & sufficientissima potentia omnia effi-
re valet. Quapropter & eandem vocem translocatis literis va-
rie transfigurare, atque variis formis scribere assolent, רְשִׁי, שְׁמִינִי, טְרִיבִי, דְּבִירִי, צְדִיקִי, &c. ut immensitatem hujus potentiae indigitare
possint. Gravissima autem de causa cum nomine Jehovah aliquo-
ties hæc vox inschedula praesenti conjungitur, ut major inde spes,
majusque solatium in certissimo auxilio divino collocari pos-
sit. Ut enim Exod. VI. 3. inter hæc duo nomina, quibus
Abrahamo, Jacobo, Isaaco, & postea Mosi adparuit, non
sine ratione ipse Deus distinguit: Ita eorum conjunctio ma-
xima animi contentione & diligentia est attendenda. Voce enim
רוֹא ipsius potentiae amplitudo atque excellentia describitur, ut
in Deo inest, & qua semper uti potest: altero vero nomine
רוֹהַת, tempore maxime Mosis, usus ejus atque exercitatio in-

(k) Adversari hic nobis Caspar NEUMANNUS, in *Clavi domus Eber* pag. 186. seq. videtur, qui significationem & conceptum sufficientiae non formalem admissit, ut potius in *summogradu*, & multa cum frequentia fulcientem & sustentantem explicet, vulgo per *omnipotentiam*. Sed rem eandem esse, admissa jam sententia de compositione vocis, quivis videt, & suffragia hic prævalent sententiæque auditorum Christianorum & Judæorum. Adde autem de hac voce Theoph. GALE in libro. *Court of the Gentiles* Part. IV. L. II. cap. III. p. 242. & L. II. cap. X. p. 497. HARDTUM, aliasque maxime RAYMUNDUM in *Pug. fid.* p. 708. col. I.

nuebatur, uti multis prodigiis, se promissis stetisse demonstravit, Israëlitis ope virtutis divinæ ab Ægyptiacæ servitutis jugo liberatis. Hinc שֶׁרֶד cum יהוָה conjunctum, hoc nomen Deo sufficere probat רְאֵי בְּלֹבֶד, quod hoc solum Deo sufficiat, ex quo creandi & conservandi potentia cognoscatur. Pro more autem Judæorum altius hic res quæri videtur in schedula nostra, & ex allusione ad exemplum & votum Jacobi Gen. XLIII. 12. explicatur. Quemadmodum enim ille Jacobus, verbis אל שְׁרִי Deus potens dabit vobis in Ægypto gratiam, ita se, abeuntibus filiis, calamitatibus variis pressum erexit, ut hoc symbolo divinam potentiam sibi & ejusdem magnitudinem medicinam adhiberet, מִי שָׁאַמֵּר לְעוֹלָם רְאֵי יְאַמֵּר רְצַחְתִּי, qui mundo condito dixit, sufficit, dicet & meis afflictionibus, (l) sufficit : Ita idem

G 3

in

(4) Non possum non occasione hujus symboli Jacobei mentionem facere beati Joh
Valentini ANDREÆ, cuius scripta jam dudum à me collecta prelum expectant.
Is pariter afflictus & corpore & conscientia hoc sibi symbolum, sufficit, elegit
novum, atque die 19. Nov. die Elisabethæ 1647. sic in illud commentatus est. Rem
ex autographo cum lectore communico:

Cujus caducam hic faciem expressam ad vivum

Vides, de cunctis terrenis, ait, SVFFICIT.

Majorum institisse vestigiis, Religione, genio,

Fama, sorte, bonis SVFFICIT.

Literis atque sacris navasse operam Lustris plus

Ore, calamo, nisu, opert, SVFFICIT.

*Terra varias Glebas, homines, mores vidisse
S. J. H. S. C. H. E. L. G. I. T.*

Calluisse linguas eorum, SVFFICIT.

Scholam, Caulam, Curiam, Aulam expertum

Incorrigitib: Mundi semper ingenio SVFFICIT
filii ab initio ad eum invenimus.

Veram fidem cuius charitatis opere combinatum est
Oblationem et offertur invictus. SKELETON

Oblaterante passim inuidia, SVFFICIT.

*Patriæ, ejusque Patri fidem probasse novennio,
Ecclesiæ amicis sanctæ domi perpetua. S. I.*

*Ecclesia, amicis semper, ad omni, peregre, SV
Concordi iugis una lustra prope septem emensum*

Prole natiens - Schole quindena beatum - SVE

*Tunc aduenit, jucunde quicunque venimus, spiritus
selenes ex luce lumen mutuum. Augustinus.*

SUCCUM, nomen, motum, quietem, SVFFIC

Vitam ad sexagesimum tertium annum produxisse.

Tenui corpore, familia caput. SVFFICIT,

Marcidus & fatiscens, rudisque appetens

in animo semper attendi potest, & quidem in compescendis flammis ut teneatur hæc formulæ ratio: *Sicut Deus mundo creato dixit sufficit: ita & hoc incendi tempore furentibus flammis dicet, sufficit.* Frequentissime igitur hoc nomine divino uti Judæi solent, ejusdemque insignem virtutem & in variis periculis efficaciam dilaudant, sive illud pronuncient, sive varie formis & figuris exprimant & delineent. Etenim eam observant consuetudinem, ut dextra manu inflexa hanc vocem digitis repræsentent, pollice inflexo literam Daleth ד, tribus sequentibus digitis erectis Schin ש, minimo literam Jod י, referentibus (m), ut hoc modo singulari quadam reverentia, & mente ad benedictionem trinam Numer. VI. 24. sq. directa, divinam gratiam, divinamque opem & auxilium à Deo implorare studeant. En! igitur mentem scriptoris nostri, ex verbis elucentem: *O Domine potens, quæ sufficientissima Tua est & abundantissima potestas, felicissima æternitas, & summa omnipotentia, qua Tibi solus, & omnibus sufficiis, à quo omnia creata sufficienti cura ac providentia conservantur, cui nulla adiuvata sunt, cui millena sunt juvandæ rationes, Te rogamus, Tibi supplicamus, velis pro potentia tua magnitudine nobis hoc tempore optulari, & præsens restinguere reprime que incendum!*

§. XXVIII. Pervenio ad ultimum verborum ordinem, in quo voces אדרירון Adirirun, גבוריון Gabirirun, itemque הרירון Hrirun,

Saturrenum humanarum ait, SVFFICIT.

Tua nempe ô Deus gratia unica

In infirmitate mea potens mihi SVFFICIT.

Si quid ultra addas nimium id sit,

Indignus his & votorum omnium plusquam reus

Non sum melior patribus meis, SVFFICIT.

(m) Confer R. BECHAI Commentar. ad Numer. VI. 24. pag. 166. col. 2. יesh

שפרשו כי האותיות שם היה רושם ר' לה בגורל י'ר בורה שהוא הקטן שין בשלשה אמצעיות Quidam exponunt literas nominis (Tetragrammati) designatas sic fuisse, ut לexprimeretur pollice, י Jod minimo digito, ש shin tribus mediis. Ut sic quoque pro voce usurpetur.

החוירון & הדרירון Hadirirun, opposita serie inter repetitas voces Agla & Taphtaphejah conspicuntur. De characteribus, symbolis, ac vocibus טפטעחן, אגלא & סטטפוחן satis. De reliquis ambiguus mihi diu sensus permansit, quis verus ex multis esset, & quid ex mente scriptoris verba significant? Tentavi tandem rem per speciem Kabbalisticam indagare, ubi statim ארני ויהוה in quavis earum abscondi atque latere deprehendebam, solo Beth ב in voce כהוירון in dubio relicto, quod aut suffixum esse puto, aut incuria & ignorantia additum censeo. Mysticum quoque sensum ex mente Judæorum ex versibus Nunnatis, seu literam Nun ab initio & in fine habentibus Levit. XIII. 9. Numer. XXXII. 32. Deut. XVIII. 15. Jer. L. 6. Ps. XLVI. 5. LXXVII. 21. LXXVIII. 12. elicere facile possumus, ut ex singulis illorum singulæ harum vocum literæ depromi queant. Tale igitur exhibeo χῆμα, ex quo, quid verosimile sit, adpareat.

Pro י ponitur נ ex serie איך.

אטבח ex ר in ו אבגד nempe He in Vav ex ו אבגד.

אטבח ex ח in י אבגד ex ח in י אבגד.

אטח ex ר in ו scil. in ו אבגד ex ו אבגד.

אחים ex י ex serie איך.

אטבח ex ו in ר scil. ר איך, aut ex מ in ו איך & utrumque in ex ר.

אחים ex נ in י nimirum in פ אבגד ex פ אבגד.

אחים ex י scilicet in ש ex ו אלבם, ex ש in ו Nun ex ו.

Vel Jod in He, & He in י ex Albam, & י in ו ex ו mutatur.

Ex quo sententia meæ & explicationis ratio clarissime patet, si ve eandem mecum mentem habuerit scriptor, sive, quid sub hisce characteribus lateret, (plurimi enim originem veram characterum horum ignorant,) nesciverit. Duæ autem reliquæ voces גבוריון & הרירון eodem explicantur modo, ut & has voces

voices **וְהַוָּה אֱרֹנִי** complectantur, atque pro iis sint positæ. In illa enim pro **יְהֹוָה** ponitur **He** permutatum ex **אֵתֶבֶח**. In hac idem **יְהֹוָה** mutatur in **גִּימֶל** ex **אָמָס**. Reliqua vero concordant cum **אֲדִירִירֻן**, similisque in omnibus est ratio. Singularis autem & hoc loco est duorum horum nominum quamquam alienis literis conjunctio. Cum enim in voce **אֱרֹנִי** **וְהַוָּה**, quamquam quater transpositis literis immutant, summa jamjam describatur & infinita potentia, ad majorem tamen gradum & dignitatem eandem juncta ipsi voce evehunt, quippe *cujus templum, ex quo possit efferri, enigmatis ex Habac. II. 20. perhibent.* Ut enim ibi Propheta ita verba facit: *Deus in templo suo sancto, Sile coram eo totus orbis:* Ita nefas esse putant vocem **וְהַוָּה** pronunciarē atque efferre extra palatium suum, vocem scilicet **אֱרֹנִי**, & quidem secundum communem suum & notissimum Canonem: **שֵׁם הַהֲוָה אֵין אָנוּ רְשָׁאִין לְהֹכְרוּ אֶלְيָהָה בְּכָנָיו אֱלֹהִים וְחֶסֶדְיוֹן וְאֱרֹנִי בְּהַיִלְךְ קְרָשָׂו פִּירָשׂ שְׁלָא לְהֹכְרוּ אֶלְיָהָה בְּהַיִלְךְ הָסְפָנִיו כָּל הָרָץ לְשׁוֹן שְׁהִקְחָה כְּלָוָר אַבְּנָה** scilicet *Nomen essentiale Dei non licet efferre nobis nisi nominibus Adonot & Elohim; cuius rei symbolum signumque queritur Habac. II. 20. Et Deus in templo sancti tatis sue: cuius sensus est & explicatio, quod non liceat eum efferre & meminisse nisi in templo. Nam sile coram eo omnis terra: sensum habet silentii: quasi dices: Sed in provincia, extra templum non licet efferre.* Cujus canonis rationem se per Gematriam numericam invenisse putant, ut sicut **אֱרֹנִי** ita & vox **הַיִלְךְ** & **הָסְפָנִי** valeat 65. ne opinionem suam auctoritate destituere videantur. Inde hæc fluit explicatio: *O magnifice & tremende Deus! ô gloria majestas divina! ô fortissime & potentissime Deus!* quem devoto colimus & veneramus animi cordisque silentio, cuius essentia imperscrutabilis, cuius potentia immensa & infinita est; *Te invocamus, Te precibus solicitamus, in Te confidimus, Tibi Tuæ que voluntati omnia tribuimus, tradimus, atque permittimus: Fiet igitur ut Tuo nos in præsentia periculo auxilio juvare velis!*

§. XXIX.

§. XXIX. Finem tandem hujus amuleti faciunt *verba* *Textus Numer. XI. 2.* **מָשָׁה אֶל וַיַּעֲפֵל מָשָׁה אֶל וַיַּעֲשֵׂק** **וַיַּעֲשֵׂק** **הַעֲשָׂרָה** & clamavit ad **Moֹסֵה populus**, & **Moֹסֵה preces fundebat ad Deum** & reprimebatur **ignis**, cuius sententia ultima verba hic adponuntur **וַיַּעֲשֵׂק וַיַּעֲשֵׂק** & reprimebatur **ignis**. Consueta autem hæc est formula, & usitata verba, quæ vel omnia vel quoad partem in hisce schedulis religiosis, quibus in extinguisendi incendiis utuntur, adscribere consueverunt. Similis enim fuit periculi calamitas, quum ignis vehementissimus extrema castra Isaelitarum vastavit consumpsitque, quem ut reprimeret Deus, finemque mali faceret, & populus ipse, & ipsius nomine Moses à Deo deprecatus est humilius, auxiliumque impetravit. Quod igitur exemplum divinæ gratiæ ad quævis alia & in haec rerum præsentia oborta incendia adiplicant accommodantque, aequæ similem sibi ex Deo auxiliis spem faciunt, fore, ut & eorum preces exaudiat, & utilem ferat opem. Ut autem scriptio ipsa, ita quoque murmuratione, pronunciatione ac recitatione horum verborum motum flamarum imitari solent, & earum repræsentare decrementum, ut, sicut illæ alimento deficiente sensim sensimque extenuantur & minores sunt, ita etiam, quoties vox **υρση** repetatur, eadem semper litera minor efferaatur, donec tota in simplicem literam absque syllaba diffluat soluta, ut, quemadmodum ipsa hæc vox symbolica decrescat, ita quoque flamas imminutum iri, dum vel tandem evanescant, credant. *Duplex autem hanc vocem minuendi modus à Judæis adhibetur, ut vel à fine, vel ab initio literis deficere incipiatur hæc vox, donec unica litera supersit sola.* (n) Atque hæc sunt,

H

quæ,

(n) In hac schedula à sinistro latere, & à fine & termino vocis dimidatio facta est, cuius contraria ratio est in aliis, à dextra ad sinistram c. g. **וַיַּעֲשֵׂק** **וַיַּעֲשֵׂק** **וַיַּעֲשֵׂק** **וַיַּעֲשֵׂק**

עַ
עַ
עַ
עַ

quæ, ut mentem scriptoris amuleti præsentis explicarem, pro modo Dissertationis Epistolicæ dicenda habui, ex quibus de pretio ejusdem nunc facile judicare licet. *Uſus autem ejus cum aliis communis est*, ut projecto eo in ignem flammarum mox resistentæ opprimantur, quo ipso quoque tempore varias adjurationum & precum formulas demurmurant, alii aliis plures, quo magis supersticio quosdam & credulitas occupavit.

S. XXX. Quid vero de toto hoc argumento, & variæ superstitionis genere sentiam, quoque pretio hoc literomantia studium, & amuletorum usum habeam, illud nunc ut apertius paulisper explicem, mearum partium erit, non quidem, ut judicem ipsius rei heic agam, sed, ut animum meum de hoc loco consideratione quadam theologica, philosophica & philologica declaram. Primum igitur hoc consiliorum & actionum genus ad Theologicam, ut ita dicam, normam regulamque metiri, & consideratione liceat complecti, ut quid de licto aut prohibito earum rerum usu judicem, ex me pateat. Quemadmodum vero, ut supra mentionem feci, vario nomine ipsa Magia accepitur

ubiselicet ab initio literæ auferuntur, donec sola finalis superbit. Que ipsa ratio minuendi voces symbolicas communissima est inter Judæos, ut e. g. contra febris vox barbara, ut phantasæ tripudium ab illis adhibetur:

אַבְרָהָם
בְּרִכָּה
בְּקָרָב
בְּנֵי
בְּנֵי
אֶלְעָזָר
וְאֶלְעָזָר
אֶלְעָזָר

Secundum regulam כְּרָמָעַת מִפְלוֹנִי נִשְׁתַּחֲוָת הַזְּהָבָן כְּרָמָעַת מִפְלוֹנִי סֻהְרָחָת
sicut decrescit sensim hic character, ita minuatur & fugiat sensim sensimque ab hoc vel hac N. N. febris, contra malignos spiritus, שְׁבָרוּגִי בְּדָוִרִי רִזְרִי יְרִי
Quod ipsum quoque sit in charactere quo illos pellere solent. Ne dicam, de Basidianorum, Abracadabra, quam vocem simili ratione pronunciando minuerunt, ut supra dictum.

cipitur, ut vel intimorem rerum indagationem, subtilioremque sapientiam Veterum, astrorum maxime, eorumque motus, aut phænomenorum atque experimentorum physicorum scientiam contineat, vel superstitionem naturæ imitationem, & curiosam signorum adlicationem usumque comprehendat, vel denique varios cum spiritibus impurioribus Dæmonibusque agendi modos tradat atque præcepta: Ita non idem & simplex de ea judicium Theologo est ferendum. Nequaquam enim, qui sanctiores literas tractat, ei arcanorum naturæ, causarumque & effectorum naturalium investigatio ullo modo displicebit, quoniam ex iis, & virium naturalium creatarumque rerum multitudine & magnitudine & maxima varietate sapientiam, maiestatem, potentiam providentiamque divini Numinis & ipse cognoscere, & alios felicius edocere poterit, ut melior omnino magistra veritatis natura est apud Divum Ambrosium. (o) Quamplurima quoque rerum naturalium mysteria in ipso Codice sacro occurunt, quorum origines causasque inquirere Theologi æque est partium ac philosophi. Ita etiam quædam de collopendentia, eam occultam virtutem habent, qua profluvia quædam effusa cuti, ori, & naribus afflare solent, ut contra varios morbos, omni superstitionis & malignitatis suspicione abjecta, medicina adhibeantur. Atque hoc docendi genus ex rebus naturalibus ductum in auctoritate Prophetarum & Apostolorum positum fuit, ut viri ἐνθεοι, ex rerum, quæ sensibus externis percipiuntur, contemplatione, ad sanctorum & spiritualium sublimiorem notitiam homines perducerent, Rom. 1.19.20. Act. XIV. 15. sq. XVII. 23. sqq. Es. XL. 26. Job. XII. 7.8. Rom. II. 14 - 16. quod tamen sequentibus seculis Scholasticorum barbaricæ, quæ in suis qualitatibus occultis hærebat, obscuratum vel maxime est, donec sub resurgentium literarum ætam, denuo & magni haberi, & summo studio commendari

(o) In Hexaem. L VI. cap. IV. Terc. OÖ. IV. p. 78. sq.

atque adhiberi occiperet. Hæc igitur scientia, cum miranda nobis & incredibilia ex variis naturæ legibus effecta exhibeat, atque sub oculos ponat examinanda, nusquam suspecta nobis & prohibita habeatur, quousque illam ab omni superstitione liberam esse noverimus. Aliter sentio de illa Magia, quæ & vires naturales ac divinas exæquare studet, & vel superstitionis atque anili curiositate atque credulitate constat, vel turpes cum Dæmonibus societatem ineundi modos monstrat, quorum opera & consiliis mira & omni fide superiora effici queant. Hanc utramque rejicio, sed diversis pœnæ gradibus distinctam. Ultima communis omnium Theologorum consensu atque suffragio prohibita, diabolica, pestilentissima, omni supplicio digna prohibetur, de qua vero nobis sermo non est, ut de ea differamus. De media, quam etiam *Medicam* quandoque vocant, characteristica, signatoria, notoria, literaria, punctatoria, scriptoria, &c. quæ variis signis, characteribus, figuris, formulis, effatis, symbolis uti docet, jam maxime judicandum est, & sententia ferenda. In hac autem *primo* usus simplicior ab abusu sedulo est separandus, & *secundo* ad ipsius rei primam originem & fontem propius accedendum. Usus inquam esse potest absque mali culpa, prout variae res hieroglyphice representantur, vires naturales apte & prudenter ponderatae ad usum accommodari, varia vocum coniunctione multa exprimi, ut aliarum symbola existant, denique admiratione digna ex legibus scientiarum produci solent. Sic variis emblematis utimur; sic imaginibus & figuris multas res, ut altius hærent, imprimimus; sic cœlum signis & lineis formamus; sic scientiarum regulas characteribus & notis exprimimus; sic vocabula, quibus regulæ includuntur, quasi memorialia, fingimus; sic millena alia, simplicioribus & imperitis rerum sublimiora atque mysteriosa, efficimus. Pertinet huc, qua Deus in Gente Israelitica usus est olim, methodus, ut per phylacteria, Totaphot, varia hieroglyphica, symbola, figuræ, rerum sacrarum & precum obsequiique recordationem in memoriam revocaret,

vocaret, & absconditos naturæ meatus investigandi modos ostenderet; quam Seniores populi atque Doctores in exiliis variis in eo secuti sunt, ut varia dicta, quibus constantia & firmitas fidei injungitur, & quibus divinum promittitur auxilium, per literas initiales, medias, finales varie transpositas, permutatas in breviora symbola contraherent, ad quorum normas atque recitationem funderentur preces ab imperitis divinam sibi operam & gratiam comprecantibus juxta & præstolantibus, & quorum perpetua commemoratione & memoria, mente semper in ipsis dictis & verbis divinis fixa, à Gentium moribus & cultu religionis vario, sed falso avocarentur facilime, nec spe sua in omni calamitate & periculo frustrarentur. Sed quamquam purior primum & innocens hic fuerit usus, non diu tamen talis permansit, quin statim ad superstitionem haec consuetudo defleteret, & optima quæque in malam raperentur partem, ut facilime ex dictis eorumque formulis variis, ex serpente æneo, ex phylacteriis, multisque aliis, alioquin saluberrimis rebus, intelligitur, quippe quorum maximus subsequebatur abusus. Quem autem vel ~~maxime~~ improbatum velim, quoniam superstitionis plenissimus est, & optima media sinistre & impie adhibet. Etenim quid laudabilius, quid præstantius ipso nomine admirando Dei ejusque attributis? quid salubrius verbis Scripturæ Sacrae? quid efficacius salutis animæ mediis in Codice sacro exhibitis? quid mirabilius miraculis divinis? quid antiquius exemplis sacris? quid fortius & magis excellens opera Angelorum? quid nobilius prece sacra? quid sanctius adoratione Dei? His autem superstitione animo, impura impiaque mente, contra varia divina oracula ad variam ~~adversariam~~ abuti velle quid detestabilius? quid majori culpæ pœna dignum? ut maxima intersit differentia atque discrimen inter materiale, ut loquuntur, rerum harum & formale seu rationem malitia, qua sunt, qui hæc omnia male adlicant adhibita.

§. XXXI. Sententiae meæ primum robur addunt, & auctoritatem conciliant vel maximam diviniores pandectæ, ex quibus de divina voluntate bene judicare discimus. Ex hisce enim clarissime cognoscitur, non modo omnem idololatriam severe prohiberi, ne male de Deo sentiamus: sed variæ quoque messejæ, æneçyæ, artes & viæ, quibus ad mores Gentilium accedere homines consuevere, enumerantur. Ut omnes præstigia & varia superstitionis genera in prohibitis sunt & probris, cum varia verba exotica, characteres, imagines, sigilla,unctiones, specula, preces vanas, verba sacra & versiculos Scripturæ Sacræ adhibent, quoniam omnia hæc verba non ad ipsum Deum directa, nec sensu, qui Sacer est, prolata, sed animo profano & minus casto ad effectus inanes, vanos, curiosos, à voluntate Dei alienos applicata censeri debent. Variæ igitur & multæ voces, tum in Veteri, tum in Novo Testamento, illiusque paginis obveniunt, quibus variæ artes Magicæ, elementares & littorales exsibilantur, & ne iis utantur, omnibus bonis vehementer interdictur. *Ira Exod. XXII. 18.* in vivis esse non poterat, *Nah. III. 4.* Moses Levit. XIX. 31. graviter admonet ne Israelitæ respiciant זורענִים וְאֶל אֱבָת ad pythones & ariolos; Quod cum adjuncta gravi comminatione mortis Lev. XX. 6. & 27, repetitur. Deut. XVIII. 10. II. prioribus adduntur חורב חבר קסמים divinans divinationes, præstigiator, conf. Mich. V. II. 2. Reg. XVII. 17. 2. Paral. XXXIII. 6. חורב חבר incantans incantationem El. XLVII. 9. 12. שאל אל quærens pythonem, דורך אל המתיים, quærens super mortuos. Sic Geneseos XLI. Exod. VII. VIII. Dan. II. IV. חרטמים & Jes. II. 6. Jer. XXVII. 9. commemorantur. Ne dicam de Usu Teraphim, statuarum solis, & toto cultu idololatrico cuius frequens est interdictio, aut de modo incantandi Bileami Num. XXIV, & Regis Babyloniarum Ezech. XXI. 26. multisque aliis

aliis, quæ vel plus vel minus vituperationem incurruunt. (p) In novo Testamento vel maxime mentio fit Simonis Magi, qui dicitur

(p) De omnibus hiis vocibus confer omnino ABARANELEM in *Torah Parashah* fol. edit. Cl. Baishus. 297. col. 2. 3. 4. ubi prolixissime de iis agit, & R. NACHMANIDEM refutat, qui scripsit ומכשף חוץ כילל טלשה ושהחרום חם פרטיו אבל פאשר נוכר מכבשה בתוכה לא בראש ולוֹא בסוף ראו שנאמן שהוֹא אחן מהמין האסורים ישאנו סוג כילל להם וגומ Sed propterea, quod vox commemoratur in medio, & neque in fine, neque ab initio ponitur, credibile est sumque videatur, quod illa una sit ex speciebus prohibitis, nec ullum genus universale inter illas inveniatur. Postea singulas voces explicat, כוח הרמהesse id genus hominum, qui filios suos filiasque Camarim seu sacrificulis Ethnicis tradiderint, qui inter duos rogos ignis ardentes pedibus eos traduxerint, vel, ex sententia R. Nachmanidis in honorem Molochi cremaverint infantes; קוסם קסמים qui per facultatem imaginatricem & phantasiam præviderit futura, vel etiam ex ordine & aspectu stellarum sit divinatus; מנח ש, ex sanguine, vocibus, volatu avium hariali, ex nubibus & phenomenonis aëreis judicare בוחר השתיות העונן רבדים שיצילו, ut in horas & dies ad faciendum in iis ea, que bene succedant; מכבש ומיים לעשות בהם diligentem horas & dies ad exercitum per angelos malos & corruptionis, & rebus à Deo in salutem hominum creatis abutantur, siveque סחיזים פסליא של מעלה mendaces in familiam cœlestem & angelicam; ex lenteatia Rabbinorum eos significare, qui serpentes asiaque animalia in unum locum cogere sciant, ne nocteant: ex sententia autem sapientum inter Gentes eos, qui remotius absentes circa ad suis reducere queant; שואל אוב prestigiatores esse & incantatores; ex offe quodam verba producere; טליה סחויים eos describere, que sepulcris insistunt & cæmeteria noctu per vagantur, ut in somno mortuos loquantes audiant, ea referentes de quibus seire cupiunt; quique mortuorum spectra evocare student. Adde hic omnino R. BECHAI ad Deut. XVIII. p. 219. col.

4. edit. Ven. Anno 304. לפק, & pag. 220. col. 1. 2. ubi in plerisque eadem cum Abaranele deprehendes. R. Levi ben GERSON, ad h. I. p. 233. col. 3. edit. Ven. Anno 307. לפק. R. RUBEN filium HOSCHKE in *Ialkut Rubeni Magno* fol. 167. col. 2. edit. Imm: Athiæ Amstel. 1700. qui ex Zohar ita refert ad has voces: עדרת מינו חכמתה של כיוטך לך אוישת הפקה decem species scientiarum magicanarum his continentur, proptereaque extendit Deus benedictus manus suam decem digitorum in Ægypto, & conturbavit eos. R. Abrahamum ben MELECH in *Michlal Iophi* p. 3. col. 3. Adde in specie de R. MAYMONIDEM Libr. de *Mololastria* Cap. XI. 6. 8. 9. In *IndChasidah* T. I. Part. I. p. 42. edic. Achiz. & Yossi. nov. p. 146. 153. de reliquis speciebus quære per totum caput.

citur μάγιστρος, qui que suis illusionibus in eam admirationem homines rapuit, ut δύναμις eum ἐθεῖ μεγάλην vocarent Act. VIII. 9. 10. sq. Cui similis ille Elymas, Sergii Pauli μάγος Act. XIII. 8. & ancilla ἔχου πνεῦμα πνεύμων & μαντυομένη Act. XVI. 16. Inter opera quoque carnis, quae cœlo nos extores faciant, refertur Φαρμακεία Gal. V. 20. & tales in conversis Actor. XIX. 19. commemorantur, qui fuerint antea τελέρη περίεργοι, quibus etiam accensentur Φαρμακοὶ Apoc. IX. 21. XXII. 15. XXI. 8. felicitate æterna privandi. Ex quibus adpellationibus variis, variæ quoque magiæ hujus superstitionæ species cognosci possunt, quas vero omnes, ut pessimas & Christiano homine prorsus indignas sacri scriptores perhibent atque demonstrant.

S. XXXII. Accedit auctoritas primorum Ecclesie Doctorum quos prima secula tulerunt, qui, quo puriorem Ecclesiæ doctrinam & vitam servarent, animos ab omni superstitione & τελεργίαις usurpatione eorum omni studio avocarunt, qui sanctiori fidei sese ac societati Christianorum addixere, quoniam, ut supra commemoratum fuit, magia vel maxime in plebe tunc regnabit, quæ variis characteribus, signis, ligaturis, subsidiis ad deplenda morborum & calamitatum pericula utebatur. Eorum igitur quædam suffragia subnectere, ex quibus mens eorum de toto hoc argumento patescat, non abs re erit actum. Sic autem in CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS de vario harum artium genere & earundem auctoribus: μάγος, ἐπασιδός, ἀστρολόγος, μάντης, θηρευτός, λάττεξ, ὄχλαγωγός, τελιάματα πεινῶν, τελικαθάρων, οἰωνιστής, συμβολοδείκτης, παλμῶν ἐρμηνεὺς, Φυλατόμηθος ἐν συγαντίσει, λαΐσις ὅψεως, ἡ ποδῶν, ἡ ὁρνίθων, ἡ γαλῶν, ἡ ἐπιφωνήσεων, ἡ τελεχροαμάτων συμβολικῶν, χρόνῳ δοκ μαζεύσων. δυσένικτος γάρ η κακία. πανόμενοι ἢν πασοδεχέσθωσαν, μὴ ποθόμενοι δὲ δυοβαλλέσθωσαν. (q) Bene quoque Divus IGNATIUS

(g) L. Orlano, Cap. XXXII. edit. Corelet. & Clerici Tom. I. p. 413. Magus, incansator, Astrologus, Vates, caparor carminum Magicorum, mendicus agryta, circumstator, amuletæ faciens, lusitans, augur, om̄inum & signorum monstrator.

TIUS ad Polycarpum §. V. τὰς κακοποιίας Φύγε. malas artes fuge, & ad Philadelphenses §. VI. (r) Φέυχετε δὲ τὰς κακοποιίας, οὐ γέ εὐδεξίς & ἀρχοντος. Σαῖνος τάτος, μήποτε θλιβέστε τῇ γνώμῃ αὐτῷ ἐξασθενήσης εἰ τῇ αἰσκρη. fugite igitur malas artes, & insidias principis seculi hujus; ne forte tribulati sententia ipsius infirmemini in charitate. IRENÆUS contra Hereses, Marcum (s) inter hereticos refert, qui Magicæ imposturæ peritissimus (Epiphanius μαγικῆς κυβείας ἐμπρότερος) fuerit, per quam & viros multos

palpitationum interpres; in occursu observans virtutem oculorum aut pedum, vel observans aves, aut mustelas, aut voces, aut symbolicas audiciones, probentur tempore; Vix enim elui potest malitia, cum igitur desierint, admittantur; si non pareant, rejiciantur. addo notas ibid.

(r) Confer edit. Schmidianam, quæ Oxonii prodidit 1709. p. 9. & p. 28. O.O. Coreletii, edit. Clerici Tom. II. p. 32. & p. 42. & interpol. p. 83. De hac voce, quod proprie non κακοργίας denotat Theodosius Grammaticus: πᾶσα τέχνη ἐπινεύοντας διὰ τὸ ουμφέρον. εἰ δὲ εἴτε τέχνη ἐπὶ βλάβῃ, εἴτε εἴτε τέχνη ἀντὶ ἀλλὰ κακοποιίας &c. quod scilicet quævis ars ob utilitatem talis vocatione habeaturque, que igitur si pernicioſa fuerit, mala ars nuncupari debet. Sed te verâ Ignatium ad hæc nostrâ animum attentum habuisse ex aliis patet, qui haec vocem ita sunt interpretati. Sic ORIGENES contra Celsum ipsam hanc vocem clarius exponit, quando contra cum, non statim è tenebris productos lucem diuinam intueri posse objicientem, sic argumentatur. οὐ πρὸς πάντα φήσειν, καθηδαταὶ μὲν εἰ σκότῳ, οὐδὲ ιδρύματα εἰν αὐτῷ πάντας τὰς εἰς τὰς τῶν ζωγράφων, οὐ πλαστῶν, οὐδὲ λαντποῖων ἐνεργῶντας κακοποιίας, μὴ βελομένους δὲ αναβλέψας οὐδὲ αναβῆσσας τῷ νῷ ἀπὸ δρεπτῶν οὐδὲ πάντων αἰδητῶν ἐπὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν, εἰς εἴτε φῶς. ex versione recognita Gulielmi Spenceri, (quem saepius etiam à viris doctis cum Johanne Spencero confundi miror) pag. 321. Ad hec quoque dicimus, sedere in tenebris & herere in eis omnes, qui sunt intenti pectorum, fiduciarum, fastuariorum non probandis artibus, nobentes mentem oculosque attollere ab his visibilibus & sensibilibus ad cretorem, qui est lux. Quas ipsas artes Clemens ALEXANDRINUS admonit. ad Gentes pag. 29. ed. Sylburgii ita describit, qua cœstrum excitent. Postquam enim antea dixisset de variis idolatriæ speciebus, & commemoraſset, ὑμᾶς δὲ ἀλλη γονπίᾳ ἀπατᾷ η τέχνη &c. ita mox subjungit: τοσῶν οἰστρον αἱ τέχναι κακοποιίας αὐτοῖς ἐνεποίησαν, ταῦτα cœstrum, artes, que improbo uiuntur artificio, attulerunt insipienteibus.

(s) L. I. cap. VIII. & IX. edit. Grabiana p. 56.

& non paucas foeminas seducens ad se convertit, velut ad scientissimum & perfectissimum & virtutem maximam ab invisibilis & ab inenarrabilibus locis habentem, praecursor quasi fere existens Anti-Christi. Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorum, qui dicuntur magi, commiscens, per haec virtutes perfidere putatur apud eos, qui sensum non habent, & a mente sua exceperant &c. quem etiam daimona sua praedixerat exhorta describit, demonem habentem familiarem. (t) Cujus etiam plura mysteria in literomantia quasita prolixe recenset, (u) & cap. XIII. L. I. sic pergit: ἀξιοὶ δὲ πενθεῖς οἱ τηλικάυτην θεοσέβειαν, καὶ τὸ μέγεθος αἰλητέως ἀρρήτης δυνάμεως, καὶ τὰς ποιουτας οἰκονομίας ἐπὶ θεῶν, θάλαττας, καὶ θύεις, καὶ διαδημῶν ὑπότας ψυχρῶν καὶ βεβιασμένων διασύροντες. οὗτοι δὲ ἀφίσχεται τῆς ἐκκλησίας καὶ τάποις τοῖς γεγιδεσμένοις πειθοῦται, αἰληθῶς ἀντικατάκερποι, οὓς ἐπὶ Πάντων ἐγκελεύεται ἡμῖν μετὰ μίαν καὶ δευτέραν γνησίαν προστίθεται &c. De Simone Mago, ejusque Asseclis ita idem prolixe: (x) Igitur horum mystici sacerdotes libidinose quidem vivunt. Magias autem perficiunt, quemadmodum potest unusquisque eorum. Exorcismis & incantationibus utuntur. Amatoria quoque & Agogima (seu ut pag. 60. φίλτρα καὶ ἀγώγια) & qui dicuntur paredri & oniro-pompi, & quacunque sunt alia perierga apud eos studiose exercentur, &c. quod etiam de Basilidianis refert (y): utuntur autem & hi magia, & incantationibus & invocationibus & reliqua universa periergia, nomina quoque affingentes quasi Angelorum &c. & de Carpoeratianis & Gnosticis (z), de quorum parente quasi & capite,

Car-

(t) L. I. cap. VIII. pag. 58.

(u) L. I. cap. X. XI. XII. XIII. §. 2. pag. 79. Sunt autem digni plauditi, qui tantam Dei religionem & magnitudinem vere inenarrabilis virtutis, & tantas dispositiones Dei, per A. & B. & per numeros tam frigidos, & vi extortos enunciant. Quotquot autem absunt ab Ecclesia, & iis anilibus fabulis assentient, vere a semet ipsis sunt damnati; quos Paulus jubet nobis post primam & secundam correptionem devitare &c.

(x) Libro I. cap. XX. p. 94. 95. lqq.

(y) L. I. cap. XXII. p. 98. adde hic notas.

(z) L. I. cap. XXIV. pag. 100. lqq. ubi varias artis magicæ species recenset, quibus

Carpocrate ejusque sequacibus sic EUSEBIUS: (a) οἱ καὶ Στύμων Θεού κρύβεται, αὐτὸν ἡδη καὶ εἰς Φανερὸν τὰς μαζίας προσδιδόνται ἔξιουν. οἱς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονογονοῦχοι σεμνυνόρων τοῖς καὶ πλειοναρίαις πρὸς αὐτῶν ἐπιπλεγμένοις φίλτροις, ἐνεργητικῆς τε καὶ παρέδροις τοὺς δάιμονος, καὶ ἄλλαις ἴμοιοτρόποις ἀγωγαῖς. ORIGENES in Jobum (b) ita differit: Incantationes diaboli sunt seductions, dæmonum irrisiones, Idolatria sex, animarum infatuatio, atque cordium scandalum. Et porro: qui ad vana contendunt auguria atque veneficia, divinationes & phylacteria, atque incantationes, horum gressus turbantur, horum opera impediuntur, ab ipsis Visitatio Dei recedit, ipsos sancti angeli derelinquent, cum ipsis diabolus permanet infatuans mentes eorum, obtundens corda illorum, abstrahens a vero sensus eorum. Idem vel maxime abusum magiæ superstitione per varia verba exotica, per cultum dæmonum, per formas, per carmina, per symbola aliaque genera prolixe Christianis prohibet, (c) & postquam ipsam sanitatem tum usui medicinæ, tum extraordinario modo pietati & precibus vindicasset, ita contra Celsum pergit. καὶ οὐ γάρ συόπονα πρὸς τάντῳ, ποῖον προσδέξεται μᾶλλον οὐδὲ οἱ ἐπὶ πᾶσι θεοῖς, καὶ δυνάμηροι οἵτις αὖτοις ἔστις πάντα καὶ πάσι ἐνεργεσίας ἀνθρώπων, ἐπὶ τοῖς ψυχὴν, ἐπὶ τοῖς σῶμα, εἴτε τοῖς τὰ σκότος. πόπερον τὸν αὐτῷ τοῖς πάντων ἀνακέιμενον, η τὸν πλειοναρίαν δαμένων ὄντοτα καὶ δυνάμεις, καὶ περιέξεις, καὶ ἐπωδίας, καὶ Βοτάνας οἰκεῖας δάιμονος, καὶ λίθος, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γλυφαῖς, καταλήκως τὰς προσδιδόμενας, εἴτε συμβολικαῖς, εἴτε ὅπωσποτε μορφαῖς δαμόνων &c. (d) & porro: ἡμεῖς γάρ αἰχμέθα, εἰ μέλ-

usi fuerint in formandis, coronandisque variis Christi aliorumque imaginib[us], quas cum Gentilium imaginib[us] comparabant.

(a) Histor. Eccl. L. IV. cap. VII. edit. Colon. 1612. pag. 88. Ipsi magicas Simonis prestigias non ex ocelto quidem, ut ille, sed jam in apertum iure preferendas censuerunt: & non modo philtris amatoriis curiose ab illis elaboratis, & quibusdam dæmonibus, qui eorum animis nefaria injecere somnia, quique ipsis asseffores extitero, verum etiam aliis non disparibus ineptiis se iam nobilitarunt.

(b) conf. Centurias Magdeburg. Centur. III. cap. IV. p. 71.

(c) L. VIII. contra Celsum pag. 416. lqq. ed. Spencer.

(d) p. 418. Tu ipse apud te considera, utros mores magis probet Deus, universorum

οἱ μέλλοι διὰ θεραπείας τοιεύτων δαιμόνων ἡ ὑγεία ἡμῖν προσγίνεσθαι,
καὶ ἡ ἐν βιωτικοῖς ἐντυχίᾳ, νοσεῖν μᾶλλον καὶ ἐν βιωτικοῖς δυσ-
χεῖν μετὰ συνεδότος. Στὸς τὸν θεὸν τῶν ὅλων καθαρῶς ἐνεβῆς,
ηὗτε μετὰ στὸν χριστὸν καὶ ἀποπίπτειν. Στὸν θεόν καὶ τὴν ψυχὴν
ἰχθατῶς νοσεῖν καὶ κακοδαιμονῶν, υγιαίνειν τῷ σώματι, καὶ ἐν
βιωτικοῖς ἀπελάσσειν ἐντυχέσθετον &c. (e) Cui quoque assentitur
BASILIUS MAGNUS, Homilia in Psalmum XLV. (f) καὶ
ἐλέγχει γε ἡμᾶς τὰ πρεγύματα ὅταν ἐν ταῖς θλίψεσιν ἐπὶ πάντα μᾶλλον,
ἢ τὸν θεὸν τρέχωμεν. νοσεῖν πατέον, καὶ σὺ τὸν ἐπισκοπὸν τελεσκοπεῖς, ἢ τὸν
τὰς αἰχέργυς χαρακτήρας τοῖς τρεχηλοῖς τῶν ἀνατίων νηπίων τελε-
θέντα. Ηὐτὸν τελευταῖον, τὸν ιατρὸν ἔρχῃ καὶ τὰ φάρμακα, Στὸν
δυταρέντα σάζειν καταμελήσας. Prioribus denique, ex Patribus
Græcis, jungere placet **CHRYSTOSTOMUM**, qui Homilia
VIII. in Epistolam Pauli ad Colossenses sic verba fecit: scilicet πε-
ριπτα, ἀπέτης ἐσὶ καὶ χλέυης. πολλοὶ subjungit: τὰ γὰρ περιπτα,
καὶ μυρία Φιλοσοφῶσιν οἱ ἐκ τούτων χρηματίζόμενοι, λέγοντες, ὅτε
τὸν θεὸν καλέμεν, καὶ ἐνδὲν πλέον ποιεῦμεν, καὶ ὅστα τοιαῦτα, καὶ χριστιανὸν
ἐστι, Φησί, ηγεῖται καὶ πιστὸν, εἰδωλολατεῖται τὸ πρεγύματα. (g) Ex
lati-

Dominus, omnibus potentior, tum ceteris rebus, tum in benefaciendo hominibus, sive
corpus species, sive animam, sive res externas, ejusne, qui sibi committit omnia,
an ejus, qui curiosus est circa Damonum nomina, virtutes, actiones, incantatio-
nes, herbas peculiares demonibus, gemmasque & sculpturas referentes formas Da-
monum, sive symbolicas, sive qualescumque alias. &c.

(e) pag. 419. Nos certe, si talibus debenda est sanitas & felicitas, malum agrotare at-
que infortunari esse, salvia pietatis erga Deum conscientia, quam divelli ab eo &
desciscere, proditaque salute anime, sani corpore, ac per omnia cetera fortunati hanc
præsentem vitam degere &c. Confer tandem, suspicione à Christianis artis hujus
magicae amolientem L. I. p. 7. & pag. 53.

(f) Edit. Basil. Jani Cornarii per Froben. 1551. pag. 109. Objurgat autem nos (scilicet
Deus) ob ista facta, si in calamitatibus ad omnia prius quam ad Deum adecurrimus.
Parvus filius tuus incidit in morbum, & tu mox incantatorem circumspiciendo re-
quiris, aut tales, qui vanos & curiosos characteres literarum de innocentium pue-
rorum collo suspendit. Si vero ad extrema perventum est, ad medicum accedis &
medicamenta, eo, qui servare & liberare morbo poterit, contempto & neglecto &c.

(g) edit. Cornel. p. 1374. amuleta, impostors sunt & ludibria. & porro: Amuleta
enim, esse iis millies philosophentur, qui ex iis rem faciunt, dicentes, Deum in-
vocabamus. & nihil amplius facimus, & qua sunt hujusmodi; Et Christiana est,
inquit, veritas & fidelis, ea res est idololatria.

latinorum numero duos tantum testes provoco, Tertullianum
& Augustinum. Ille enim Libro de Idololatria (h) sic loquitur: Post
Evangelium nusquam invenias aut Sophistas, aut Chaldaeos, aut in-
cantatores, aut conjectores, aut magos, nisi plane punitos. Et in Libro
de anima C. LVII. magiam fallaciam vocat, & prestigias diabolicas.
AUGUSTINUS in Confessionibus, (i) de curiositate cognoscendi
sic pergit: Hinc ad perscrutanda secreta naturæ, quæ proper
nos est operata, proceditur, quæ scire nihil prodest, & nihil aliud
quam scire homines cupiunt. Hinc etiam, si quid, eodem perversa
scientia sine, per artes magicas queritur. Hinc etiam in ipsa re-
ligione Deus tentatur, cum signa & prodiga flagitantur, non ad
aliquam salutem, sed ad solam experientiam desiderata. Idem in
Epistola ad Marcellinum, (k) postquam de Apulejo mago, ejusque
laudatoribus scripsisset, ita orationem continuat: Illud, si sapi-
unt, attendant, qui magicas artes, non utique nisi pro felicitate
terrena, vel damnabili curiositate conquerirunt, vel ab eis inno-
centes, periculosa tamen eas admiratione collaudant, & videant
David nostrum sine ulla talibus artibus ex pastore ovium pervenisse
ad regiam dignitatem &c. Et porro de Doctrina Christiana: (l) Ad
hoc genus superstitionum pertinent omnes etiam ligature atque re-
media, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, sive in pra-
cantationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant:
sive in quibusdam rebus suspendendis atque illigandis, vel etiam
saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad
quasdam significaciones, aut occultas aut etiam manifestas, quæ mi-
tiore nomine physicam vocant, ut non quasi superstitione implicare,
sed natura prodesse videantur &c. Denique addo Canonem XXXVI.
Synodi Laodicæ Phrygiæ Pacatianæ (m): Quoniam non oportet mi-
nistros

I 3

(h) confer hic Centur. Magdeburg. Cent. III. cap. IV. p. 79.

(i) L. X. cap. XXXV. edit. Basil. Tom. OO. l. p. 176.

(k) Tom. II. edit. Bas. OO. p. 27.

(l) L. II. cap. XX. Tom. III. p. 32. 33. Confer. euudem de Consensu Evangelistarum
L. I. cap. XIV. p. 379. Tom. IV. OO. & de Civitate Dei L. XXI. cap. VI. p. 1278. sq.
Tom. V. OO. Etiam in Iohannis cap. I. Tract. VII. Tom. IX. p. 66.

(m) Centur. IV. Magdeb. pag. 836. & 459.

nistros altaris aut Clericos magos & incantatores esse, aut facere, quæ dicuntur Phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. His autem, qui talibus rebus utuntur, projici ab Ecclesia iussimus. Quas ipsas deceptiones magicas quascunque Seculo IV. Christiani adhuc omni modo damnarunt.

§. XXXIII. Ex recentiorum seculorum scriptoribus, iis maxime, qui purioris Ecclesiæ Doctores existitere, duos in secundum produco tantum, Lutherum & Brentium, veros Ecclesiæ Evangelico-Lutheranae Patres, ne, si ad Doctores Pontificios & Reformatos aliosque pergerem, testimoniorum farragine letori displiceam. Quam graviter autem LUTHERUS in omnem superstitionem, magiam, prohibitas artes, & omne earum genus invehi fuerit solitus, ut Satanæ regnum, ne Evangelio obesset, destrueret; id plura ejus scripta clarissime demonstrant, quæ omnia hoc de argumento evolare è re nostra non fuit. Exempli loco sufficiat ejusdem tractatus contra Judæos de Schemhamphorasch, qui omnem literomantiam & magiam vel maxime proscriptit. Ex pluribus sequentia adscribere non piget: (n) Nun siehe mir die zarte Früchtlin an! die beschnittene Heiligen. Solche Göttliche Wercke und Wunderthaten schreiben sie zu dem Schemhamphorasch, das ist den ledigen todten elenden Buchstaben so im Buch mit Tinten geschrieben oder auff der Zungen schwelen oder im Herzen auch des Gottlosen getragen werden. Dann der Schemhamphorasch sehe, was er wolle, so finds, und können nichts anders seyn, dann ledige, todte und amechtige Buchstaben. Wanns gleich Gottes heilige Schrift selbst (das desto ärger ist) wäre, davon die Juden viel plaudern, und nicht wissen, was sie plaudern. Was solten Buchstaben vermögen als Buchstaben aus eigener Kraft? wo nichts mehr darzu käme? Was helfen sie den Teuffel, Türcken, Juden, und alle Gottlosen

(n) Tom. VIII, Jenens, Germanicorum pag. 112. col. 2.

losen, so solcher Buchstaben, auch Gottes Namen, ohne Unterlaß missbrauchen wider das andere Gebott? Ist doch Satan und aller Gottlosen Namen und Werck, auch in heilige Buchstaben gefaßt. Aber die rasenden Juden geben dem Schemhamphorasch die Göttliche Kraft, als den blosen ledigen Buchstaben ohne alle Verheißung oder Gebott Gottes; dann sie sprechen allhier, daß auch die Gottlosen und Verführer, durch diese Buchstaben viel Wunder und Göttliche Wercke thun können. Postquam autem objectionibus Judæorum respondit, idem de Pontificiorum aqua lustrali, cereis consecratis &c. refert, haecque subjungit: (o) Daß er (der Papst) hierzu braucht gute Worte der Schrift, und Gottes Namen, ist desto ärger. Gott hats ihm nicht befohlen, sondern vielmehr hart verbotten; Es heißt, du sollt Gottes Namen nicht missbrauchen; darum ist seine Kraft nicht darbey, sondern sind ledige, blose und amechtige Buchstaben. Geschicht aber zuweilen etwas dadurch, so ist's nicht Gottes, sondern des Teuffels Werck, darmit seine Lügen und Zauberley (durch Gottes Verhängen) zu stärken, und die Unglaubigen zu verführen: aber die Glaubigen darmit zu versuchen, und zu warnen, u. s. f. a. Adde eundem de Tetragrammato: (p) So siehet man auch, wie gern sie (die Juden) bey denen Herren und Edelleuten eindringen, geben Erzney für item Kunst mit Zeichen und Buchstaben, wider allerley Waffen und Eisen, damit sie die Christenheit erfüllt haben. Dann auch die Dorff-Pfarrherr und Lüster mit solcher Geicherey umgegangen, bey welchen wir in der Visitation, viel der Bücher funden, von dem Namen Tetragrammaton, Ananisapta, und vielseitamer Gebett, Zeichen, Namen der Engel und Teuffel, die gewisslich Hebräisch sind. So haben wir auch erfahren, wie sie der Edelfrauen weidlich von

(o) pag. 113. Col. 2.

(p) pag. 118. sq. & maxime pag. 121.

von den Krankheiten zum Kirchhoff geholffen / daß sie ohne Zweifel in die Faust gelachet haben. Postea subjungit exemplum Judæi cuiusdam , qui Alberto Duci Saxonico securitatem & libertatem immunitatemque ab omnibus vulneribus promiserat: Ich höret etwa vor 30. Jahren sagen / wie sich ein Jude bey Herzog Albrecht zu Sachsen hatte eingedrungen / der ihn auch solche Kunst lehret / wider allerley Waffen / daß er nicht solte können gestochen / gehauen / geschossen &c. werden. O! es sind feine Künsten / die Herren so hinan zu führen / daß sie listiglich umkommen sollen. Aber Herzog Albrecht war klug / wolt der Kunst zuvor gewiß seyn: Reit mit dem Juden hinaus ins Feld / und sprach : Jude / ich muß die Kunst an dir versuchen. Zeicht aus / sticht durch den Juden / daß er da lag todt / und konte ihm selbst sein Schemhamphorisch, Tetragrammaton , und andere seine Geicherey / nicht helfen. Dass dich (sprach der Herzog) du Bube. Wie soltest du mich um mein Leben hinangeführet haben. Ja er hätte vielleicht ganz sanft in seine Faust gelachet. Ich habe auch noch einen Crystall bey mir / der Herzog Friederichs zu Sachsen gewest / den mir mein ieziger gnädigster Herr / Herzog Johans geben hat. Der ist mit guldenen Hebräischen Buchstaben und Zeichen / ohn Zweifel auch auff den Schlag zugerichtet ; aber derselbige Fürst war viel zu klug zu solcher Geicherey. Aber gleichwohl versuchten die Buben. &c. Cum Luthero consentit Johannes BRENTIUS in I. Sam. XV. (q) de hoc magiae Studio ita judicare: Sed coram Deo tanta est abominationis, ut hac impietas, etiam una ex præcipuis causis fuerit, propter quas Gentes Chananæ deletæ sunt. Et in Psalmum LVIII. (r) Illud certissimum est, quod etsi similitudo ducitur à Magica incantatione serpentum, non tamen liceat magicas artes exercere. Nam quemadmodum Christus ipse, etsi dicit parabolæ & exhortationes

ab

(q) OO. Tom. II. edit. Gruppenbach. p. 562.

(r) OO. Tom. III. p. 688.

ab iniquo villico, & à crudeli Judice, non tamen commendat iniquitatem, imposturam & crudelitatem, sed potius detestatur. Ita cum Psalmus comparat impios serpentibus arte magica incantatis, non laudat magiam, sed commemorat tantum, quid hac in parte fieri soleat, non quid recte fieri debeat. Nam alias Spiritus sanctus abominatur & damnat omnes magicas incantationes: Cave, inquiens, ne imiteris abominationes illarum gentium. Deut. XVIII. &c. Idem(s) ad responsionem Pontificiorum, decorum & conveniens esse pietati, legere Missas vel audire, quod ex non nisi ex optimis verbis atque gestibus ad angelicam sanctitatem comparatis constent, sic regerit verba: Evidem, si hoc valet, sequitur omnes incantationes & exorcismos esse bonos. Nam & hi ut plurimum optima verba continent. Verum, ut impia incantatoris opinio, ita vitiat bona illa verba, quibus abutitur, ut jam non bona, sed pro blasphemis incantamentis haberi debeant: sic quoque hypocrita impia sua superstitione, quicquid habent operum, quicquid verborum & gestuum adhibent, id totum mendosum efficiunt. Denique Comment. in Epistol. ad Romanos, (t) captivos Satanae nuncupat, qui tales exercent artes magicas.

§. XXXIV. Hisce equidem dices abusum magiae superstitionis destrui, duriora tamen multa esse, quam quæ cum ipso præcepto Christi, cum dignitate, gloria & virtute nominis divini, tum Jehovah, tum Jesu, vel cum exemplis eorum, hoc nominis divini usu & accommodatione qui mira patrarunt, omnem votorum suorum spem explentes, vel denique cum aliorum, qui Ecclesiæ, ut præcipui faciem prætulerunt, autoritate, convenire possint, quippe quod ex scriptura sit notum, quid Christus de nomine suo, si quis eo in precibus suis fuerit usus, dixerit, quid ipsa facta comprobaverint, quid denique de aliorum fide sit habendum? Etenim, ut ipsi Gentiles suorum Deorum nominibus invocatis mira & stupenda perfecerunt, cur idem per nomen Jehovah

K

&

(s) OO. Tom. IV. Cap. I. Ffais pag. 37.

(t) OO. Tom. VII. pag. 771.

& Christi efficere non licet, cum & ipse Deus in Veteri Ecclesia, hoc nomine se, ut ab idolis distingueretur, cuius solius, ut Dei vivi arbitrio & potentia omnia in effectum duderentur, & manifestaverit & adorari jussit? Adhac ipsum Christum suo nomine in avertendis malis, efficiendis magnis, comparandis bonis, ut precantes uterentur, præcepisse, quo etiam Apostoli sua ediderint miracula, & alieni à sequela Christi vero similia Matth. XXV. effecerint. Accedere quoque autoritatem multorum patrum, ORIGENIS maxime, qui ita contra Celsum (n): ποτε τὸν μένγε δύναται τὸ ὄνομα τὸ ιησοῦ καὶ τῶν δαιμόνων, οὐδὲ τὸ ἔπειρον φάντατον ὄνομαζόμενον ἀνένι. ὅπερ διδάσκων ὁ ιησοῦς, ἐλεγεῖ ποτὲ οὐδὲ τὸν μοι ἐν σκεψίᾳ τῇ ἡμέρᾳ, τῷ ὄνοματι τοῦ δαιμονίου ἐξεβάλομεν, καὶ δύναμεις ἐπονοσάμεν. Fateor autem hec non frustra & sine ratione proferri, quæ speciem maximam veri præse ferunt, meaque sententia maxima cura adhibetur, ne vel honori ipsi divini nominis, fideique, quæ ex eo vires adsumit, aliquid dematur, vel ipsius natura admiranda structura atque vis adducatur in suspicionem, vel denique verus rei usus cum ejusdem abusu tolli videatur. Neque enim negatur & malos per nomen Jehova & Christi Jesu, multa protulisse superstitione, quæ tamen vel per causas naturales jam ad agendum parata fuerant, vel alio modo excogitata sine hoc usu potuerant fieri, quibus vero, ut major autoritas accederet, utque tegeretur fraus ac dolus, talia nomina divina & formulas varias adhibuerunt. Sed nec ipse hic abusus ab omnibus impune est adhibitus, ut potius dæmones adjurati à talibus, qui nomine Christi Jesu per αἵρεσιν abutebantur, vel non obedirent, vel ipsis exorcistis vehementer insultarent atque nocerent, ut septem filiis Sacerdotis magni Scevæ accidit, qui ἐπεχείρησαν ὄνομάτιν ἐπὶ τοῖς ἔχοντας τὰ τιναμάτα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα τὸ κυρίον Ιησοῦ, λέγοντες. ὄρκιζομεν ὑμᾶς τὸν Ιησοῦν, ὃν ὁ Παῦ-

(n) Lib. I. p. 7. Tanta certe vis nomini Iesu inest contra dæmones, ut nonnumquam etiam à malis nominatum sit efficax; quod docens Iesus dicebat: Multi dicent mihi in die illa, in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes fecimus.

λογοτύποις. Act. XIX. 13. sqq. Et quamquam eodem modo quandoque plura miranda edantur, ut in majori & periculosiori status sui conditione miseri & superstitioni homines detineantur, ea tamen non divino auxilio & mandato, sed permissione & exploratione, imo vero vel maxime deceptione & illusione omnium malorum artificis fieri plane bene constat. Quis enim calculo suo adprobare conabitur, quæ Deus ipse proscriptis? in quorum numero potissimum vana, superstitionis, ac malitiosa nominis sui applicatio, usurpatio atque invocatio continetur, quam igitur consuetudinem, cum nec levorem ejus, eumque in quotidiano hominum sermone prohibitorum usitatum patiatur abusum atque contemptum, summo Zelo, & honorem suum tuendi studio vel maxime rejicit. Ex quibus etiam eorum sententia, qui plus justo concessisse videntur, excusatibus, quoniam in hoc ab hominibus impiis effectorum genere, non ipsius superstitionis in se suscepere patrocinium, sed ipsam virtutem, efficaciam, dignitatem, excellentiam nominis divini, καὶ ἀνθρώπον, ut Logici loquuntur, ostendere & defendere allaborarunt. Merito autem jure totam hanc superstitionem repudio, quicunque demum fucus obduci possit, ut legibus divinis prohibitam, nec plures deessent, si adducere libret, hujus sententiæ rationes. Primum enim, qui hanc περιεργίαν exercere studet, quem honorem & gloriam soli Deo tribuete debebat, confert creaturis; porro à precibus ardenteribus, à casta puraque mente, à vero in Deum amore, fide, fiducia, spe animum avocat; deinde Dæmonum, genitorum malorum, vel saltem virium naturalium vim efficaciamque nimis extollit, & divino præponit auxilio; denique mentem variis fascinatam corruptamque modis ad varium ipsius Gentilismi genus revocat, atque ab uno superstitionis genere in aliud deducat periculo maximo exponit.

S. XXXV. Placet nunc idem hoc argumentum porro ad rationis

rationis lancem ponderare , & quid in Philosophorum effatis de eo habeatur , paucis dispicere & dijudicare. Hic vero amplissimus aperiretur creatarum rerum , earumque causarum & effectorum campus , in quo admiranda divina virtus , ex creatorum varietate , affinitate , efficacia considerari & intelligi possit : Sed in arctum omnia & angustum concludo , & omissis , quæ varia ex omni disciplinarum philosophicarum genere quæsti & disputari potuissent , ad unam quæstionem , quæ potissimum de hac literomantia & superstitione moveri potest , referto. Est vero illa : *An in ipsis literis , earumque characteribus & notis præter vim significativam , à voluntate & instituto hominum pendentem , etiam præter moralem & civilem obligativam , physica quoque , naturalis , & efficiens vis atque virtus insit , qua remoto omni arbitrio , more , & statu communi , suapte sponte , per se , ex se , & sua natura indoleque aliquid operentur & efficiant ?* Ad hanc quæstionem , ut ordine atque distincte respondeam , notari velim primo : non sermonem nobis esse de Magia illa Diabolica , quæ Necromantiam & commercia spirituum ac dæmonum , ut supra mentio jam facta est , variis characteribus magicis occupata , complectitur continetque ; sed de superstitione , quæ varia symbola , dicta , literarum & vocum combinationes , hisque similia tradit atque exhibet , ut mussitatis scriptisque verborum quibusdam formulis mira homines efficere videantur , quale quid in amuleto nostro seu ψιρό , schedula scilicet religiosa deprehendimus. Deinde nolo hic de ipsa literarum variarum origine , antiquitate , inventoribus , utilitate , causa effiente , materia , forma aliquis ea repetere , quæ multo studio VOSSIUS , BANGIUS , GOROPIUS , BECANUS , MORINUS , MORHOFIUS , HOLMIUS aliique plurimi collegerunt , & quarum divinum & numqnam satis admirandum inventum tum veteres , tum recentiores omnes dilaudare satis nequeunt. (x) Nec tertio

de

(x) Sic. Joh. Ger. VOSSIUS in præfat : Artis Grammaticæ ; Vel primis hujus artis initii nihil in omnibus disciplinis vel magis divina esse mentis opus , vel ad omni-

de significatione tantum literarum , ut scribuntur & rationem signi involvunt , loquor , quæ tamen hoc loco etiam vel maxime intenditur & requiritur. Etenim cum omnia nobis ob oculos ponantur vel realiter , quando res ipsæ conspectum subeunt , vel idealiter per imagines aut alia signa , facile patet scriptiōnem scribendique artem , qua voces earumque partes per literas conspicuntur , ad ultimam classēm pertinere. Hæ enim ipsæ literæ signa sunt vocum , quæ pro rebus supponuntur , ita , ut primo voces respiciant , in vocibus conceptus , in conceptibus res ipsas sed diverso significandi & innuendi modo , res scilicet simplici & incomplexa ratione , voces vero complexa & integrativa , & prout significatio rei & vocis aliquando separari potest , ut res nulla in voce , quippe nihil significante , inesse deprehendatur. Quæ literarum scriptio hic non ratione principiū tum physici , tum artificialis & Grammatici consideranda est , sed ratione termini , ejus nempe rei , quæ per eam producitur , ut respectus habeatur tum ad ipsam potentiam cognoscitivam , cui aliquid illis representatur , & quæ primo & immediate vocem , non ut sonum , sed conceptus signum , (ut vult ARISTOTELES (y) ἔστι μὲν , inquiens , τὰ ἐν τῇ Φωνῇ , τῶν ἐν τῇ ψυχῇ ταθημάτων σύμβολα , καὶ τὰ γε φόρμα τῶν ἐν τῇ Φωνῇ) cognoscit , tum ad signatum , tum internum conceptum rei ,

K 3

tum

um hominum vitam necessarium magis . Nam quid profecto admirabilius , quam pauculis literarum figuris contineri , quicquid sacri , publici , privati , dici aut cogitari potest ? que præterea urbium , regionum , generisque humani facies tandem foret , sublata hac fida custodia omnium gestorum , omnium doctrinarum , omnium fæderum pastorumque ? Id quod eriam CICERO mirabundus L. I. Tisculanar. Disput. cap. XXV. edit. Clar. Dn. Davisi p. 52. & Lambin. Tom. VII. p. 4420. effert : Aut quis sonos vocis , qui infiniti videbantur , paucis literarum notis terminavit ? Adde Steph. MORINUM Diss. de Lingua primæva C. VII. p. 35. BANGIUM Exercit. I. de literarum origine Quæst. I. & II. Petrum HOLMIUM , PP. LL. OO. in Carolina Gothorum in Diss. de Scriptura seu Scriptiōne , quæ Analectis Philol. Critic. Historicis inserta est à Thorna CRENIO p. 387.

(y) OO. edit. Isingian : Libr. I. de Interpretatione cap. I. pag. 17. Ea , quæ in voce versantur , signa sunt affectuum , qui in anima sunt : Et ea , quæ scribuntur , nota sunt , eorum , quæ in voce versantur .

tum externum, rem & vocem, hancque non inarticulatam sed articulatam & ex hominum instituto significantem. In quo etiam ipso literæ nostræ, earumque scriptio, quia immediate voces & verba signant, ut ex fine earum atque usu per experientiam colligi potest, maxime differunt ab iis signis & characteribus, quæ immediate res & earum conceptus attingunt, literis scilicet Aegyptiis, Chinensibus, Mexicanis, baculis Runicis, notis Arithmeticis, Astronomicis, Medicis, Chymicis aliisque notis, quibus non voces primum sed ipsæ res designantur atque delineantur. Hæc igitur signa, quæ etiam à naturalibus, in quibus vel à causa ad effectum, vel ab hoc ad illam ascensus fit aut descensus, distinguuntur, vim significandi suam ab arbitrio & impositione aliorum, sive Dei sive hominum, acceperunt, ut sicut literarum formæ, ita & ipsæ voces inter varias Gentes, quas orbis habitabilis capit, differant, bene hoc quoque monente ARISTOTELE (z) ὁσπερ εἴδε γέγραματα πάσι τὰ ἀντί, οἵτις εἴδε φωναὶ αἱ αὐτῆι. ὃν μέντοι τεῦται σημεῖα περίτως, ταῦτα πᾶσι παθήματα τῆς ψυχῆς ηγήθησαν μεταξὺ ὄμοιώματα, περίγματα ἥδη ταῦτα. Et quamquam eadem vim quoque moralem & civilem obligandi accipiant, & illa tamen arbitraria quoque est, ut pro variis Legum, institutorum, pactorum, fœderum, privilegiorum, testimoniorumque generibus aut major eorum, aut minor existat auctoritas. Sed quarto præcipue hic queritur de naturali quadam, physica, imo vel magica vi, quæ cum in literis lateat, illis adhibitis, varia miraque efficere possit? Hæc autem quæstio triplex est, in tres partes dividenda. Prima est, an literæ signa esse & dici naturalia possint? Secunda, an hæc signa in rebus ipsis natura inesse queant? Tertia, an vis quedam operatrix rerumque mirabilium effectrix in iis deprehendatur, quæ per earundem usum sese exerat?

In-

(z) O.O. Gracor. edit. Is. Basil. 1550. Tom. I. L. I. de Interpr. cap. I. pag. 17. quæ verba Iohannes Argyropylus Tom. I. O.O. Latin. Basil. 1548. pag. 26. ita vertit: *Vix non eadē sunt apud omnes homines litera, sic neque voces eadē sunt. Affidit autem, quorū hæc signa sunt, primo apud homines idem sunt, res quoque, quarum ha similitudines sunt, easdem itidem esse constat.*

Intricatae & implicatae aliquo modo quæstiones, de quibus varia in Gentilibus, Christianis & Judæis sententiarum divertia existunt, prout alii aliis subtilius de hac re differunt.

§. XXXVI. De prima quæstione sic olim Philosophi: φύσει τὰ ὄντα sint, an Ἰησοῦς an natura voces significant, an ex instituto? De priori sententia, illa natura significare, plures Philosophi, Pythagorici, Stoici, Academicī aliique affirmarunt, ex quibus solum PLATONEM in testimonium voco, qui in Cratylō statim sub initium, ubi Hermogenes ad Socratem loquitur, id affirmat: καὶ εἰπεὶ λόγῳ φησίν οὐδείς, ὡς Σώκρατες, ὄντας ὅφελητα εἶναι εἰδέσθαι τῶν ὄντων φύσει περικύλλιν. οὐδὲ ἐν τῷτο εἶναι ὄντα, οὐδὲ ἀν τινες σωθῆμεν καλέντες, καλῶντες, τῆς αὐτῆς φωνῆς μόρον ἔπιφεγγόμενοι. αὐλαὶ ὅφελητα πνεῖ τῶν ὄντων περικύλλειν οὐδὲ ἐλληνοὶ οὐδὲ βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἀπονοῦν. (a) Quamquam in aliis locis hujus Dialogi tam φύσιν quam Ἰησοῦν in ὄντεσσι agnoscere videatur, quum & à Deo, & à Barbaris, Hebreis scilicet, aliquam factam institutionem fateatur. De quo loco sic AGELLIUS (b): Nomen verbaque non positu fortuito, sed quadam vi & ratione naturæ facta esse P. Nigidius in Grammaticis Commentariis docet, rem sane in philosophie dissertationibus celebrem &c. Sed Platonis opponimus ARISTOTELEM, L. I. C. I. de Interpretatione, cuius verba in priori paragrapho recensuimus, & de Historia animalium C. IX. L. IV. ubi bene inter φωνὴν vocem scilicet naturalem & θλέλεκτον distinguit. AMMONIUS ita (c): οἱ ἀρθρωποι κοινῇ συνελθόντες ἔθεντο τοὺς ἀλλήλας εἰδέσθαι περίγματι ὄικεῖον ὄντα,

τέττα

(a) O.O. edit. Ficini pag. 257. sqq. Cratylus hic ἀ Socrates rebus singulis sit natura inesse rectam nominis rationem, neque id esse nomen, quod quidam ex constitutione vocant, dum vocis sua particulam quandam pronunciant, sed rectam rationem aliquam nominum & Gracis & Barbaris eandem omnibus innatam. Confer hic totum Dialogum.

(b) L. X. C. IV. pag. 348. edit. Colon. 1549.

(c) de Categoris p. 16. homines in seceratatem coenentes communī consensu nomina propria cuique rei imposuerunt, hoc solum sentientes & quarentes, ut per sermonem sibimet res representarent, & secum communicarent.

τάτα μόνος Φρεούσιοντες ἐδίκτη φωνῶν σημαίνεν αἰλῆλοις τὰ τεχνήματα.
Addo ORIGENEM contra Celsum(d), ubi de voce Adonai objectionem solvit, qui βαθὺν λίγον καὶ διπέρητον, οὐ τῷ φύσεως ὄνομάτων vocat, disputationem de natura nominum altiorem esse & reconditionem, πότερον, ὡς ὅιεται Αριστοτέλης, θέσει εἰσὶ τὰ ὄνοματα; η̄, ὡς νομίζεται εἰ διπέρη τῆς σοᾶς, Φύσει, μητρόμα τῶν τεχνήματων φωνῶν τὰ τεχνήματα, παθ' ἀν τὰ ὄντατα, παθὸν καὶ τοιχεῖα τὰ ἔτυμολογίας εἰσάγεται; η̄, ὡς διδάσκει Επίκριτος, (ἔτερως η̄ ὡς ὄντατα

(d) L. I. contra Cels. pag. 18. utrum, sicut placet Aristotelis, ex instituto imposita sint rebus vocabula? an ut stoici malunt, natura primis vocibus res ipsas, quibus sunt nomina, imitantibus, quam ob causam etiam elementa quadam etymologia & nominationis inducent? an, sicut Epicurus aliter docet quam putent Stoici, natura quidam sunt nomina, sed quatenus primi homines quasdam voces de rebus ipsis temere ejecerunt? &c. quod etiam magia, qua vocatur, non ut Epicurus & Aristoteles existimant, res incongrua sit; sed sicut ejus perit demonstrant, constans quidem, sed habens rationes paucis admodum cognitas. Sed ipse Origenes hic vacillat, dum in Commentario ad Numeros Homilia XI. Angelos constituit, qui diversas linguis, varumque dialectos diversarum provinciarum incolis impresserint, sola lingua, qua Adamus fuerat nūs, Hebreæ scilicet, in ea parte hominum relitta, qua Dei ipsius portio permanxit &c. Conf. etiam annotationes SPENCERI p. 19. & VOSSI Theol. Gent. L. I. C. VIII. p. 63. Non piget hic addere, qua Clemens ALEXANDRINUS Stromat. L. VIII. p. 560. de voce humana refert: τρία εἰσὶ, inquit, τῷ τὴν φωνήν. τὰ τὰ ὄντατα, σύμβολα ὄντα τῶν νοημάτων καὶ τὰ τεχνήματα, καὶ ἐπανολέθημα δὲ καὶ τῶν τεχνημάτων. δέ τε πονέον δὲ, τὰ νοημάτα, ὄμοιώματα καὶ ἀντιπάρατα τῶν τεχνημάτων ἔντα. ὁ δὲ πάπας καὶ τὰ νοημάτα τὰ αὐτὰ εἰσὶ, Διὸς τὰ τὴν αὐτὴν διπέρη τῶν τεχνημάτων ἀπασιν ἐγγίνεσθαι τύπωσιν. σὺν εἴτε δὲ καὶ τὰ ὄντατα, Διὸς τὰς Διαλέκτες τὰς Διαφόρες. Τρίτου δὲ, τὰ τεχνημάτα τεχνήματα, αφ' ἣν ἡμῖν τὰ νοημάτα ἀντιπάντα

κ. Ι. λ. In voce, (scilicet humana) tria versantur; nempe, & nomina, quae sunt signa eorum, quae animo cogitantur principaliter, per consequentiam autem, etiam subiectorum: Secundo autem, cogitata, quae res subiectas referunt. & exprimunt. Unde sunt omnibus eadem cogitata, propterea quod ex rebus subiectis eadem forma & typus ingeneretur omnibus; non itidem etiam nomina, propter diuersos sermones. Tertium autem, sunt res subiecta, ex quibus nobis imprimuntur cogitata &c. Atque quem vel primum nominallem, Cl. Johannes de RAEI potissimum hic evolvendus est in cogitatis de interpretatione, Parte II. speciali de prima & simplicissima vocabulorum significacione, pag. 61. sqq. edit. Amstel. 4. 1692. ubi prolixissime de hoc argumento agit.

ὄντατα εἰσὶ τὰ ὄντατα διπέρητά των πρότερων τινὰς φωνὰς καὶ τῶν τεχνήματων; ut admissa Stoicorum sententia declarari possit ὅτε καὶ η̄ καλυμμένη μαγεία εἰχε, οἱ διοντατα εἰ διπέρη Επικριτες καὶ Αριστοτέλες, τεχνήματα εἰσὶν διοντατον πάντη, αλλ', οἱ εἰ τὰ τεχνημάτων διπέρηκυνται, οὐτεστὶς οὐδὲ, λόγος δ' εἰχε σφόδρα ὀλίγοις γνωσκομένυς. Ad hanc varia rationes adduci possunt, ex quibus facilime colligitur significacionem verborum & hinc fluentem sermonem non naturalē & κατὰ φύσιν esse, sed ex beneplacito atque instituto & Dei, ut in nominibus ante Adamum impositis, aut immediate cum imagine Divina primis Parentibus datis perspicere est, & hominum tum primorum, tum posteriorum. Etenim si materiale, ut vocant, sermonis & vocabulorum, sonum nempe & vocem, cui tunc arguitiva quoque significatio, sed non voluntaria inest, bene à formalī, significacione nimirum imposta distinguiamus, tum illud omnino naturale esse, hoc vero ex voluntate imponentium pendere cernimus. Nam, primo, ut conceptus rerum, quia naturales sunt, pluribus imo omnibus, si idem cogitandi studium adhibitum fuerit, utpote ejusdem speciei individuis, communes deprehenduntur: ita & voces nominaque eadem inter omnes esse deberent, ut in aliis rebus naturalibus videre est, quae tamen diversissima esse de eadem re inter populos experientia docet; Deinde, quae frequentissima in omnibus linguis est, diversa ejusdem vocis significatio, sive que contraria, vel in eadem, vel in diversis linguis, nullum obtineret locum. Tertio nec propria ab improptia differret locutio, nec eadem vox diversissimis rebus tribui posset, quia æquem tam multa vocabula, quam res creatæ existerent; Ipsæ quoque, quarto, linguae natura non arte & studio ac imitatione addiscendas forent. Etiam quinto illud à veritate alienum & absurdum sequeretur, res & nomina simul natura & tempore esse, cujus tamen falsitas & ex historia creationis, & ex rerum cognitarum

& inventarum varia nomenclatione, & ex novorum, per singulas ætates, nominum & vocabulorum inventione cognoscitur, quorum quorundam significatio, et si in ipsa rerum indole & natura fundamentum habere videatur, ut hinnitus de equis, rugitus de leonibus, balatus de ovibus, rictus de canibus prædicerunt, tamen non omnium talis est, & ex ἀγοραπονίᾳ seu nominis à sono fictione ortum dicit & originem. Denique & illud efficeretur, rebus ipsis & vocibus per se & ex natura obsecnitatem quandam & turpitudinem inesse posse, quæ tamen potius ex voluntate & mente dicentis & agentis oritur. Sed, qui contrarium sentiunt, & significationem propugnant naturalem, minime rationibus suis destitui videntur, dum & rebus ipsis adducimur, eur his aliisve vocabulis loquamur, & partes, organaque quibus sermo fit, naturalia sint, & conceptus natura orientur, cur non & eorum signa? & exemplo primorum parentum Adami Evæque, quorum sermo naturalis fuisse potest, veritas rei confirmetur. Verum enim vero, tanto robore hæc argumenta non pollere, quantum eis tribuunt hujus sententiaz patroni, quilibet facile intelligit, qui animum ad eorum considerationem cupit adpellere. Neque enim ipsæ causæ rerum plerumque nobis notæ sunt, neque eadem omnibus, neque earundem affinitas quædam, ut significatio ipsa vocis de iis adhibitæ fundamentum & radicem in reipsa habere queat, ut facile, si unicum *nomen cancri* cogitaveris, patet. Organæ vero naturalia, quamquam homini adnata sint, plus tamen, quam in proposito hic est, probant, & tam ad inarticulatam quam articulatam vocem applicata, potentiam quidem loquendi, sed non connatum sermonem ostendunt, quod etiam eadem in animantibus ratione carentibus, quæ voces, vocumque modulos atque sonos observant, conspiciantur. Neque à conceptibus rerum & sensibus ad ipsam vocem significationem rationem bene atque apte ducimus, quo-

niā

niā illi priores sunt, & tunc commodè cum aliis communicari possunt, quando iis vocibus, quæ ex communi instituto & consensu claritatem suam, proprietatem, perspicuitatemque, significationem in primis & valorem habent, exprimuntur. Neque protoplasti, qui vel ambo vel singuli, voces ex instituto significantes, quibus uterentur, non habuisse creduntur, aliquid confirmant, quippe qui non ordinario & naturali modo procreati, sed ab ipso Deo facti formatique, cum ipsa imagine divina & sermonem & sermonis sensum atque significationem acceperunt, quod simili quadam ratione, sed spirituali ἐν ἀγοράποις τὸν γενέματα τοῖς factum est per infusionem doni linguarum, & ex parte in ἑρεγγεγόδοις conspicitur, hoc tamen rei discrimine habito, ut ea verba vocesque suggestæ fuerint, quæ ex instituto jam notæ fuerant, cum alias ignota ac inania à talibus inspiratis prolata verba pro vocibus vel non articulatis, vel articulatis quidem, sed non significantibus merito habeantur.

§. XXXVII. Altera hujus questionis pars est, an talia signa, voces, & literæ, rebus ipsis inesse possint? Evidem supervacanea hæc quæstio, & exiguae utilitatis haberi posset: Sed cum hac sententia, literas & signa rebus inesse turpiter abundantur superstitione novitatis ac artis cultores, & qui secretioris philosophiæ ductum sequuntur, varias figuræ & verba excogitata amuletis imprimentes, imo intelligentiarum Angelicarum, quas cœli motibus præesse, & quasvis ejus virtutes inferioribus dispergiri fingunt, imperio admodantes subjicientesque; igitur intactam illam prætermittere nolui. Mitto autem hic literas & Alphabeta Adami, Sethi, Henochi, Noachi, Scripturas Cabalisticas, Angelicam, naturalem &c. de quibus multa apud Cornelium AGRIPPAM, Leonhardum THURNEYSERIUM, Thomam BANGIUM, MORHOFIUM, Joh. H. UR SINUM, HELMONTIUM (vid. Cl. FABRI-

L 2

TIUM

TIUM Cod. Pl. V. T. p. III7.) reperire licet; Et solius Scripturae Cœlestis, ut vocant, mentionem injicio, qua ipsum cœlum ut verum librum fingere student, in quo stellæ atque astra exprimant literas eo ordine & significatione, ut omnia ex illis colligi atque intelligi possint, & ex quibus Patriarchæ sua semper hauserint; Cui similis illa sententia, omnibus creatis, plantis & arbustis non formas tantum, & signaturas, sed characteres quoque impressos natura esse. Utramque, priorem autem potissimum, summo studio atque opera explicare, defendere, & ex Rabbinorum (e) atque Veteris Ecclesiæ & recentioris Doctorum aliorumque testimoniis confirmare ac illustrare conatus est Jacobus GAFFARELLUS, Gallus, qui ut alibi, sic vel maxime in libro sæpius edito quem inscripsit: Curiositates inaudite de sculptura talismanica Persarum, Horoscopo Patriar-

(e) Omnim loco solus loquatur R. ABEN EZRA in Psalm. XIX. v. 5. qui ita בְּכָל קּוֹם כִּמוֹ קָוֵן וְהַוָּא הַמְכַתֵּב וְסֵם קּוֹם שֵׁב אֶל שְׁמֵי והטעם כי מכתבים יקרא בכל מקומות ויבינו מה טעמוCarl המשיכודים בכל סקומורן הארץ; ובכח תבר הוּא הארץ המיושבת מליהם ישמעו והנה ספר זהקו הוּא הספר והם שהזכיר בעל ספר יצירה ספר ספר וספר כי אלה שלשות עיקרי כל החכמות וטעם להזכיר המשמש כי הוּא גָּדוֹל מכל (נוק) והתנוועות העליונות כלם קשורות בו והוא פוליך הומן השוה והשונה והווע והלהלה והמתכוות והצחים וככל החווים תלויים Linea eorum, uti linea post lineam, estque Scriptura. Et Mem referri debet ad cœlos, sensusque est, Scripturam eorum ubique locorum legendam esse, intellectuerosque, quid significet, omnes intelligentia praditos per omnem terrarum orbem. Et in extremum id est terra habitabilis eloquia sua audire faciunt. Porro narratio & linea seu Scriptura Librum efficiunt. Hac autem sunt, qua dicensens ספר librum, ספר numerationem, scilicet Scripturam, qua linearum numero perficitur, & enarrationem, Ratio autem, cur Solis mentionem fecerit, est, quod ipse omnium corporum sit maximus, superiores motus omnes ab eo dependeant, ipseque generet tempus aquale & diversum, diem & noctem, metalla & vegetantia, omnia denique viventia à Sole dependeant. Sic etiam R. ELIESER HÆCKLER notat tres has voces ספר הַקָּרֵיר splendor & ספר & ספר Splendor X. Sephiroth, ut Abrahamus accepit in Seph. Jezira pag. 29 col. 1. edidit. Mans.

triarcharum, & lectura stellarum, totum hunc locum prolixissime tractavit. Is pag. 281. si nous pouvons trouver que le Ciel dans ces divines Ecritures ait été nommé par le Saint Esprit LIVRE, il n'y a nulle doute qu'il ne faille conclure que dans ce livre il ya des lettres & characteres intelligibles à quelques uns &c. & mox ad objectionem, comparatione instituta hæc dicit: A cela on peut répondre, que l'Ecriture sainte définit parfaitement cette controverse, puis qu'en d'autres endroits, parlant du Ciel elle fait mention des lignes, & des lettres, qui sont mots, qui conviennent essentiellement à un livre, sans quelle mette le mot de Comme, sicut, marque infaillible, que ses mots ne sont pas de similitude dans ce passage avancé, scil. Esaiæ XXXIV. 4. Cui loca addit Gen. I. I. 14. Pl. XIX. 5. Ex quibus locis & quidem ex Jesaiæ cap. XXXIV. 4. vocem סְפָר, ex Gen. I. I. vocem קּוֹם, & v. 14. לְאוֹחוֹת, ex Pl. XIX. 5. קּוֹם vocem urget, ut sententiae suæ patrocinium querat. Sed in omnibus hisce vel maxime Thomæ BANGIO vapulavit in Exercitatione II. de literarum ortu, ad quem lectorem remitto. Ille enim prolixissime has voces à sensu Gaffarelliano vindicavit à pag. 140-208. Quibus de Psalmo XIX. addo Vener. Dn. Joh. H. MICHAELIS, Theologi Hallensis Notas Uberiores p. 119. qui significationem clamoris ex Arabica Lingua deducit, & cœli enarrant gloriam Dei sic interpretatur: Cœli proprie dicti, Ecclesia effective & subjective. In loco Jesaiano Kaph non certitudinis sed similitudinis nota apertissime existit, nec munitionis sed iuris ex eo colligitur, ut calamitas, ob commissa peccata, Idumæorum in exemplum adducta, cum πανολεθρία totius mundi comparata gravius à Prophetæ exaggeraretur. Melius igitur BRENTIUS noster ad h. I. (f) Non hoc vult Spiritus S. quod cœlum re ipsa complicetur seu involvatur, & stella juxta exterrum sensum corporaliter decident: sed adumbrat magnitudinem L. 3 affi-

(f) Tom. IV. 100. p. 434. sq.

afflictionis hominum in terra. Nam qui gravibus afflictionibus premuntur, his cœlum non videtur explicatum & lucidum, sed proorsus involutum & tenebricosum. Nec ulla eis stella lucere dicitur: Versantur in densissimis tenebris, hoc est in extrema infelicitate. Cum quo conjungendus est Cl. VITRINGA in Commentario ad h. l. (g) ubi de convolutione cœlorum & lapsu stellarum sic loquitur: Emblema satis est recepti usus apud Prophetas in describendis quibuslibet Judiciis majoribus absque dubitatione celebrandis in his terræ. Et porro: Emblema hoc propheticum est generalis usus per prophetias, ubi pranunciant destructionem Imperiorum & Rerum publicarum. Clarissime autem: Ut autem libri, hoc est volumina, (qualia erant Veterum Judæorum) in longum expansa, circa teres aliquod lignum convoluta videntur velenti disparere: Sic cœlum, ubi coorta tempestate contrahitur in nubes & atrorem, quicquid in eo pulcrum distinctumque nitet, ejusmodi in casu dispareret. Mens igitur Prophetæ clarissime patet & apertissima est, totam universitatis hujus compagem omnipotentiam sapientiamque Dei testari, ejusque divinitatis magnitudinem ex omnibus rebus creatis cognosci, colligi & Intelligi posse, verum non ea ratione & modo, ut characteres significativos ipsis rebus adscribere quis audeat, ex quibus de rebus humanis judicari, & opinio hæc Gaffareliana adstrui possit. In hanc partem bene Andreas HYPERIUS (h): Libros, ex quibus potentiam & voluntatem divinam homines omni tempore discenter, Deus ipse duos patentes & multiplici doctrina referatos in omnium conspectu statuit. Alter quidem est mundus hic universus, qui à nobis incolitur, ac sensibus, quantus est, undique perlustratur: alter vero est verbum Dei, scriptis Prophetarum & Apostolorum voluminibus comprehensum. Quorum duorum librorum dignitas & auctoritas longe est amplissima: utpote in quibus oracula

(g) Comm. in Esaiam Tom. II. p. 271. col. 2. p. 272. col. 2. p. 275. col. 2.

(h) De Sacra Scriptura lectione L. I. p. 29. seq. edit. 1561. conf. etiam Bangium p. 199.

la ac monumenta reperiuntur, quæ nos non erudiunt modo, verum etiam ad præstandum omne officium arcano quodam modo instigant. Digna quoque sunt verba CHRYSOSTOMI, (i) quæ ad illustrandum hunc locum commemorentur, quia etiam veræ sapientiæ, quoisque ex naturali rerum cognitione originem ducit, ordinem seriemque complectuntur; postquam enim de abusu rectæ rationis, & usu sapientiæ divinioris disseruisset, sic pergit: οἱ ὄφιαλμοὶ καλοὶ, καὶ χρήσιμοι, ἀλλ' εἰς βέλωνται χωρὶς φωτὸς ὄφαν, ὃδεν αὐτὸς τὸ καίλος ὄνιγρον, ὃδε η̄ οἰκεῖα ιχὺς, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ Κλάπται. Υπὸ τοίνυν καὶ ψυχὴ, εἰς βεληθῆ χωρὶς πνεύματος βλέπειν καὶ Πτίβγλος εἰστὶ γίνεται. Πῶς ἐν τῷ τέττα, Φησὶν, ἀφ' εἰστης τὰ πάντα ἔσθε; ἀδέπτετε ἀφ' εἰστης, ἀλλ' εἴχε τὴν κλίσιν αὐτὸς βιβλίος περιεκδόντην. Elegantia porro sunt verba Abbatis GENESTII, quæ mentem nostram & sententiam confirmant, (k)

Lorsque par des Loix si constantes
L'Univers nous fait voir tant de faces changeantes,

Ce

(i) Oculi quidem sunt pulcri & utiles: sed si velint videre absque luce, nihil eos juvat pulcritudo, neque virtus propria, imo etiam ledit. Ita etiam anima, si vellet videre absque Spiritu, sibi insidiatur. Quomodo ergo antea, inquit, ex se videbat omnia? Nequaquam ex se, sed habuit rem creatam pro LIBRO propositam. in Homilia VII. in 1. Cor. II. p. 383.

(k) in Libro Principe de Philosophie L. I. p. 15. sq. Digna quoque vel maxime lectu sunt, quæ Augustinus STEUCHUS, EUGUBINUS de perenni Philosophia L. VI. Cap. VI. & VII. p. 304. seqq. ed. Basil. ex PLUTARCHO de Hilaritate animi refert & deducit, solum Deum esse adorandum, non elementa hujus mundi, omniaque asta signa esse, quibus divina maiestas innotescat, cum ipse creator templum sit sacrum, in quod spectator operum divinorum introducatur homo, ipseque mundus theatrum sit, in quo nobis spectatoribus Deus infignes opes suas ostendat. Quem ipsum quoque per totum Libr. VI. I. p. 475 - 564. de Angelis, Geniis & Demonibus, corumque varietate, potestate, ordine, Hierarchia, adjurationibus &c. evolve. In quoque confer Libr. IX. Cap. XXX. & XXXI. p. 644. seqq. de anima universi, ad quam omnes animæ particulares revertantur, quæque totum terrarum orbem animet, cuius quasi radii scintillaque sint anima particulares; ubi simul Themistius aliorumque Philosophorum refutat errores, qui illam ab ipso Deo summo distinguere voluerunt. Ex quo etiam, si omnino PROCLI Theologiam Platonicam contuleris, doctrinam Monadalogia, quæ hodie multis arridere videtur misericorde, cognoscere facile poteris.

Ce Règlement, cet Ordre, ces Rapports,
Le souverain Auteur en cache les Refforts.
Sont un Poème enigmatique,
Où notre Etude avec peine s'applique,
Qui sans de grands Travaux ne peut être compris,
Et des Sages sans cesse exerce les Esprits.
D'abord, comme un amas d'inconnus CARACTERES,
On doit regarder l'Univers;
Tous ces Objets pour nous sont des CHIFFRES COUVERTS
Dont il faut pénétrer & percer les Mysteres.
Suspendons tous nos Jugemens,
Cherchons dans nos Raisonnemens
Le fonds d'une pleine evidence.
Qu'un Système soit simple & rempli de Clarté,
Que rien ne s'y démente, & qu'il soit cimenté
Par la Raison jointe à l'experience,
La conjecture alors se change en Assurance;
Et l'Esprit qui l'embrasse, a lieu d'être flatté
D'avoir trouvé la Verité.

A veritate igitur remotior est hæc de characteribus natura-
libus sententia, quæ nulla veri specie se commendat, quoniam
falso primum παρεμηνίας fundamento nititur, & sensum verbo-
rum fidiculis ad aliena trahit; secundo contra verum verbo-
rum pugnat usum, vera literarum & vocum origine perturba-
ta, atque significatione naturali & formalí confusa pariter &
commixta; Adhac insulsam veterum quorundam Philosophorum,
Scholasticorum recentiorum, Judæorum (¹) quoque de Cœlo
animato & intelligentiis instructo opinionem recoquit; quarto
januam

(1) Quo cum quibusdam Philosophia Aristotelica utplurimum sectatoribus Angelii di-
cuntur בָּגְדָּא דָּבָרִים וְנַפְרֵתָן anima orbium coelestium. conf. EISENMENGERI Ento-
decktes Judenthum/ Part. II. C. VII. p. 383. sqq. BANGIUM Diss. II. p. 191.
sq. Joh. Geth. VOSSIUM in Th. Gent. L. II. C. XL. p. 527. lqq.

januam ad Gentilium idolatriam aperit; denique saltem fun-
damentum superstitioni Magicæ & arti Talismanicæ supponit,
recte igitur semper explosa & rejecta.

§. XXXIX. Præmissis hisce & explicatis facilis nunc est
ad tertiam hujus questionis partem transitus, an ea igitur voci-
bus & literis tribui vis ac virtus physica possit, quæ solo earum ad-
hibito usu, accommodatione, pronunciatione atque applicatione sepe
exerat & pro votis operetur? Affirmant hoc omnes fere, sed ju-
dicio tamen diverso, qui priores tenent sententias, & cum ipsam
magnitudinem inventi hujus scripturæ, & vocum significationis
vel maxime admirantur, varia fingunt literarum mysteria, quæ
ipsi quasi connata in summo habent ponuntque pretio. Ut
PLATO ex numerorum proportione Rerum publicarum incre-
menta & decrementa elicere studuit, cuius igitur vaticinium
numericum omnibus fere notum (^m) est, in quo tamen mini-

M me

(m) Prolixior quidem est locus & obscurus, quia tamen non facile obvius est, illum
hic totum subjungo. Ita autem PLATO Lib. VIII. de Republica pag. ed. Ficini 492.
Ἔσι δὲ Θεῖο μὲν γεννητῷ τέλειος, ἦν δὲ θυμὸς τελετάνει τέλειος.
ἀδρωπεῖο δὲ, ἐν ᾧ τρώτῳ αὐξήσεις, δυναμόν τε καὶ δυνατε-
ύόματι τρεῖς ἀποκατεστάσεις, τέταρτος δὲ ὅρος λαβεῖση όμοιόντων
τε καὶ αὐτομοιόντων, καὶ αὐξόντων καὶ φιλέντων, πάντα τεσσίγορα
καὶ ὥρτα τοῦς ἀληθεῖς αἴσθησιν. ὃν διάτερον τουθμὸν τεμπάδι
συζυγεῖς, δύο αἱρονίας παρέχηται τρίς αὐξηθεῖς, τὴν μὲν, ἕσπιον
καὶ εκατὸν ποσιτάκις. τὴν δὲ ισομήκη μὲν, τῇ τεμπάδι δὲ, εκα-
τὸν μὲν αἱρθμὸν διπλὸν ὥρτῶν τεμπάδων, δεομένων ἐν τοῖς
εκάστων, αἱρτῶν δὲ δυοῖν. εκατὸν δὲ κύβων τριάδος. Ξίμους δὲ
ἔτερον δειθυρὸς γεωμετρικὸς τοιετός κύριος αἱρετῶν τε καὶ κειρόνων
γεννέσεων. ἀς ὅταν αὐγούσαντες ὑπὸ εἰ φύεις καὶ εὐτυχεῖς πᾶσις ἔσονται
&c. Est autem ei, quod divinitus generandum est, circuitus, quem numerus
continet perfectus. Humana vero geniture is utique, in quo primo augmentatio-
nes superantes, & superata tres distantie, atque quatuor terminos accipientes, si-
milantium & dissimilantium, & crescentium & decrecentium, cuncta correspon-
dentia, & comparabilia invicem efficerunt, quorum sesquiteria radix quinaria

me consentientem, ut in aliis, etiam de significatione vobum naturali, habet ARISTOTELEM, qui de hoc obscurlo loco sic regerit: (o) ἐν δὲ τῇ ἐπὶ πλάτωντοι πολιτείᾳ λέγεται μήτρα τῶν μεταβολῶν οὐδὲ Σωκράτες, εἰ μέντοι λέγεται καλός. τῆς γὰρ αἵριστης πολιτείας καὶ πρώτης γένους, εἰ λέγεται τὴν μεταβολὴν ιδίωσ. Φησί γὰρ αἴτιον εἶναι, τὸ μὴ μένεν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τινι αὐθίδω μεταβάλλειν. Αρχὴν δὲ εἶναι τέταν, ὃν ὅπιτρις τοῦ θυμὸν πεμπάτι συλλυγεῖς δύο αἱρεμονίας παρέχεται, λέγων, ὅταν ὁ ἐπὶ Διαγερέματοι αἰρεθμὸς τέττα γένηται σορεῖς, ὡς τῆς Φύσεως ποτὲ Φύσης φάντας καὶ κρείττας τῆς πατ-

conjuncta duas harmonias præbet ter aucta. Vnam quidem aqualem equaliter, centum centies. Alteram vero quidem equalis longitudinis, sed oblongiori, centum quidem numerorum e diametris comparabilibus invicem quinarii, indigenitus uno ex singulis, duobus vero, qui invicem dici nequeant, centum vero cuborum trinitatis ipsius. Universus autem hic numerus Geometricus talem autoritatem habens ad potiorem deterioremque generationem vim habet. Quod si civitatis vestra custodes ignoraverint, nec opportuno in tempore sponsas sponsis coniunxerint, haudquaque ingeniosi felicesque pueri inde nascentur.

(n) Libro V. Politicorum C. XII. Tom. II. OO. pag. 156. edit. Ising. Græc. & ex versione Leonardi Aretini Tom. III. OO. Latin. p. 151. seq. In Republica vero Platonis Socrates de mutationibus loquitur; nec tamen rectè. Illius enim Reipublica, qua est optima atque prima, mutatio nulla propria assignatur. Inquit enim causam esse mutationis, quia sic natura comparatum sit, ut nihil permaneat, sed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. Esse vero principium horum inquit, quorum sesquiterius cubus quinario conjugatus duas exhibet harmonias. Inquiens quando numerus diagrammati huius officiatur solidus; utpote natura producentes pravos & meliores disciplina. Hoc ergo forsitan innuit non male. Fieri enim potest, ut sint aliqui, quos disciplina instituti ac bonos fieri viros, impossibili est. Sed hac non propria mutatio foret illius Reipubl. quam optimam esse vult, magis, quam aliarum omnium, & universorum, qua sunt, & ex tempore, per quod inquit, omnia mutari. & quan non simul incipiunt, simul quoque mutantur: ceu, si pridie mutationis facta essent, se simul forte mutantur. De quo obscurlo loco & controversia inter Platonem & Aristotelem sic Marsilius F. CINUS in argomento & Commentario in hunc Librum III. p. 807. OO. Plat. Qua quidem in re Aristotelicas ridere licet calumnias. Neque enim debuit Aristoteles in Quinto Politicorum a Platone suo, imo nusquam suo propriam beata Reipublica permittanda exigere causam quum nulla sit propria, sed communi debuit esse contentus. quoniam vero ejusmodi causa assignatio presentis civilisque facultatis terminos procul excedit, ideo Socrates vaticinio Musarum utitur, ita, ut & nobis ad hac interpretanda opus sit Apollinis vaticinio. Nec immerito Tullius, ubi rem esse obscurissimam breviter vult exprimere, id inquit numero Platonis obscurius &c. Conf. Casparum PEUCERUM de Divinationibus pag. 412. sq. quomodo Veteres mysteria numeris descriperiat, vid. Joh. SPENCERUM de Legibus Hebreor. p. 914. ed. Lips.

παιδεῖας. τότε μὴ ἐν αὐτῷ λέγων ἵσως & πακᾶς: Εὐδέχεται γάρ εἰνάτινας, & παιδευθῆναι καὶ γενέσας σπερδαίσες ἄνδρας αἰδύνατον. ἀλλ' αὐτῇ τε ἀντίθετο εἴη μεταβολὴ τῆς υπ' ἐκείνης λεγομένης αἵρισης πολιτείας μᾶλλον, η τῶν ἄλλων παιών καὶ τὸν γιγνομένων πάντων, ηγέρη τε ἐπιχείρη, δ' ὃν λέγει πάνται μεταβάλλειν, ηγέρη τὰ μὴ ἄμα αἱρέσαμδα γίγνεσθαι, ἄμα μεταβάλλει. οὕτω, εἰ τῇ περιτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγένετο τῆς τροπῆς, ἄμα ἀερομεταβάλλει &c. Pythagorici quoque felicitatem aut adversam fortunam ex pari vel impari literarum numero in nominibus & vocibus ortum ducere, teste Plinio (o) opinati sunt, cuius igitur rei maximam habuerunt curam. Sed summa equidem in numeris mysteria (p) latere, & Deum quoque sanctam eorum duxisse rationem facile concedo & consentientem cum aliis me habent, qui multa iisdem tribuere student, sed res ipsas numeris effici, si rationum summas exceperis, & naturalem suam indolem accipere ex iis, id cum veritate minus consentaneum esse autumno, quas potius illorum ordine & valore exprimi, contineri, astimari certum est. De Literis Ephesis supra, pariterque de variis literomantice speciebus, quando verbis & formulis vel significantibus vel non significantibus variæ tribuuntur virtutes, quibus mira perfecta fuerint. A quibus omnibus fere non abludit Johannes DEE, (q) Londinensis, in Monade sua Hieroglyphy-

(o) Libr. XXVIII. Hist. Nat. Cap. IV. ed. Elsevir. Tom. III. p. 127. ubi refert Pythagoræ inventis non temere fallere impositivorum nominum imparem vocalium numerum, clauditates, oculorum ve orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, parem laoris &c.

(p) Confer modo de numero septenario Comment. nostram de Vacca Rusa p. 380. in notis, & Vener. Dn. LANGII Theologiam in numeris. Johannis MEURSII Denarium Pythagoricum, sive de numerorum usque ad denarium qualitate & nominibus secundum Pythagoricos Lugd. 1631. &c.

(q) Hic in præfatione hujus Monadis ad Imperatorem Maximilianum pag. 11. sq. ita scribit: Tanta, inquit, de his (scilicet literarum formis, situ, locis in ordinis Alphabetico, nexionibus variis, valore numerali, aliisque plurimis) mihi constant mysteria, quæ solidissima habent (tum istius artis Grammaticæ, tum eorum, quæ ejusdem eruantur auxilio mysteriorum) in sacrosanctis Dei omnibus potentis scripturis iusta fundamenta, quanta nec libro explicare magno queam, nec locus iste jam requiri videtur. Neque miteris, ô Romanorum Rex in clute, me alphabetariam literaturam magna continere mysteria,

roglyphica, in qua multa quidem subtiliter excogitata reperies, sed quæ nimis Kabbalam Judaicam (r) sapiunt, in qua sicut neis saepe fundamentis plura superstructa deprehenduntur, ex quibus vel æque alia, vel nonnunquam contraria deduci queunt. Quem in renato è Mysterio Principio Philologico sequitur Joh. Petrus ERICUS, (s) ut mysteriosum Caducæum: Ex hoc, inquiens, (myste-
rio

„nunc obiter referre, cum ipse, qui omnium posteriorum autor est solus, „ad primam & ultimam, scipsum comparavit literam. (Quod non in Gra- „ca solum esse intelligendum lingua; sed tum in Hebræa, tum in Latina, variis „ex arte ista demonstrari potest vii) ò quanta tum debeant esse intermedia- „rum mysteria? Et non est mirum, hoc in literis sic constare: cum & visibilia „& invisibilia omnia manifesta & occultissima (natura vel arte) ab ipso Deo „emanantia, ad ejus bonitatem, sapientiam & potentiam prædicandam celebran- „damque à nobis diligentissima indagine sunt perlustranda. Inde excusatione omni- „carere humanum genus dicebat Paulus. Etiam si nullum aliud de his haberet „scriptum monumentum, quam quod ex creatione, ipso dixito Dei in omnibus ex- „ratum est creaturis. Et pag. 19. & 20. Ad Cabbalistam jam venio Hebræum, „qui ubi suam (sic dictam) Geometriam, Notariacon & Tzyrups (artis „suz tres quasi præcipuas claves) extra sanctæ nuncupatae linguae exerceri fines „videbit: Imo, undiqueaque (ex obviis quibusvis visibilibus & invisibilibus) hujus „(à Deo) receptæ traditionis Mysticæ notas, characteresque corrogari: Vel, „hanc quoque artem, tunc vocabit sanctam: (veritate coactus; si intelligat) „Vel non Judæorum tantum; sed omnium gentium Nationum & Linguarum, „sine θεωρολογίᾳ, Eundem esse Deum benevolentissimum fatebitur. Nul- „lum mortalem se excusare posse, de sanctæ hujus nostræ lingue imperitia. „Quam in nostris ad Parisienses Aphorismis Realem nominavi Cabbalam, sive „Gör. Ut illam vulgarem alteram, Cabbalisticam nomine Grammaticam, „sive Γλεγομένης; quæ notissimis literis ab homine scriptilibus insitit. Hæc „autem, quæ creationis nobis est nata lege, (ut Paulus innuit) Realis Cabala „Grammatica quoque quedam divinior est; cum artum ista sit inventrix nova- „rum & abstrusissimarum fidelissima explicatrix. Ut hoc nostro alii tentare exem- „plo, de cetero possint. Non exhorrees, bene scio (ò Rex) licet jam in ve- „stra Regia præsentia, Magicam hanc proponere audeam pa. abolam &c. edit. „Wechelianæ Francof. 1591. o. 2av.

- (r) Confer hic Stephan. MORINI Exercitat. de Lingua primaeva Cap. X. pag. 330. sqq. RAYMUNDI Pugionem fidei p. 708. col. 2. & R. Abrahamum SCHALUM in נוח שרים seu habitaculo pacis. edit. Vener. 1535. seu Christi 1575. pag. 65. sqq.
(s) Prodiit hic dialogus, in quo vocum, signorum & punctorum, tum & literarum maxime ac numerorum origo propalatur, Patavii 1686. cuius auctor Ling. & Geographia Professor ibidem fuit. Carmine triplici Germ. nico, Græco & Latino eum ornavit Michael Stabel Würtembergicus, qui quod illi alias in loca-

rio monadis) ut omnium planetarum signa fuisse decerpta ad ocu- lus patet: ita ex eodem literas quoque & ex literis numeros efflu- xisse ostendemus. Rationes, quæ pro hac sententia militare pos- sunt, quasque ejusdem patroni adferre solent, vel ab experi- entia, vel ab auctoritate Scripturæ Sacra, vel ratione & scopo ipsarum rerum creatarum ducuntur. Experientiam, inquiunt, antiquiorem & ferme quotidianam mira effici paucis verborum quorundam formulis prolatis, testari, illudque per singulas æta- tes & tempora fuisse probatum inter lippos ac tonsores esse notum. Quibus nullo modo fidem deroget divinoris sermo- nis codicisque sacri autoritas, quum & multa sola nominis divini commemoratione fuerint effecta, de quibus nulla dubi- tandi sit ratio; Et ipse Christus n̄ Alpha se & Omega appellaverit; & eadem usu phylacteriorum hominibus injunxerit divinum Numen, ac per oracula Urim & Thummim ipsa re declaraverit planissime. Ad hæc rationes subesse gravissimas, primam verborum originem, quæ rebus indita sunt, qua Deo adscripta facile colligi possit, hunc, ut rebus, sic nominibus vires addidisse proprias; &, quam nominibus & verbis inesse Oratores communi consensu perhibent, persuadendi & affe- ciones animi commovendi vim, quæ præclare internam eo- rum & propriam virtutem demonstrare possit. Sed quamquam specie sua hæc argumenta non careant, nec videantur clumbia, in assensum tamen lectorem, ut hanc vim, physicam & natu- ralem, hisce commemoratis tribuat, minime rapient. Namque superstitionem literomantia & amuletorum, imo ipsam magiam diabolicam per singula secula orbem habitabilem pestis instar perrepisse, supra de variis gentibus probavimus, facta vero ipsa, eventus maxime, vel ipsi diabolo, Dæmonum arti- ciosissimo, adscribendi, atque justo Dei judicio permissi con- cessi-

cessique 2. Thess. II. 9. sqq. 2. Cor. IV. 3. sunt; vel dubiae & eminentiae fidei atque auctoritatis; vel ex causis naturalibus profecti, sed, qui rerum & causarum ignari fuerunt, hominibus mirifici adparentes; vel ipsam, de qua loquimur superstitionem probant. Quæ porro Deus in Gente Judaica de *phylacteriis*, *Totaphot*, aliisque, quibus homines de voluntate divina, de officiis precum, de cultu divino, de cura in liberos paterna admonerentur, præcepit, ea omnia minus recte ad hanc partem trahuntur applicata. Neque enim ipsa vis, efficacia, & votorum complementa in hisce rebus continebantur, ut in causa, ex qua felices eventus fuissent profecti, sed signa illa tantum erant exteriora, quibus, quoniam semper ob oculos versabanrur, ad memoriam & recordationem præceptorum Dei homines vocati adducerentur. Neque prima eorum institutio ratioque ita se habuit ut subesset superstitione aliqua, quæ postea subnata, ut quoque in aliis plurimis accidit, crevit per ætates. (z) Quod ex Urim & Thummim in Sacerdotis

(z) Quæ tanta fuit, ut & ipsi Deo, illum phylacteria induere tribuerent. Ita enim in Talmudici Tractatus Berachot Cap. I. fol. 6. & ex editione Carissimi Edzardi pag. 51. in Gemara: אמר רבי אבין בר רבך אמר רבי י扎חך כנין שהקדוש ברוך הוא מניח הפלין שנשבע ורואה בימיינו ובזורע עוזו בימיינו זו תורה שנאמר מימינו אש דת למו

Idem
R. Afan filius Raf Ada ex ore R. Isaaci, sequentem quoque doctrinam inculcavit: Unde constat, quod Deus sanctus benedictus induat phylacteria? Resp. ex eo, quod dicitur Eze. LXII. 8. Iuravit Dominus per dextram suam, & per brachium roboris sui. Per dextram enim h. l. intelligitur Lex, de qua scriptum est Deut. XXXIII. 2. & dextra illius datus est eis ignis legis; per brachium autem roboris designantur phylacteria, quia scriptum est Psalm. XXIX. 11. Dominus robor populo suo dabit. Ad quæ verba optime commentatur Cl. EDZARUS p. 209. seqq. qui omnino ultum horum phylacteriorum nunquam imperatum à Deo esse assertur. Ineptum Iudei, inquit. Verba enim allegorica esse, non modo parallela loca alia Prov. III. 3. VI. 21. VII. 3. sed circumstantia textuum istorum evincunt. Rationes, quas potiores adducir, tres sunt. (1.) quod Deus non paucos tantum istos versiculos Exod. XIII. 9. 16. Deut. VI. 8. XI. 18. sed omnia præcepta, quæ Moses ex prioribus libris repetit, manibus capitque alligari jubet. (2.) Quoniam non inter præceptas tantum matutinas aliasque alligare hæc præcepta injunxerit Isaelitis,

dotis pectorali argumentum ducitur, minus validum est, & premit, atque minus commode apteque ad rem præsentem as quæstionem accommodatur. Etenim, quamcunque diversissimarum sententiarum (u) de usu Urim & Thummim accepéris, nulla tamen specie veri probabitur, vim ipsam physicam, naturalem, effectoram oraculorum in pectorali ipso infuisse, cum signum illud tantum fuerit, Deum, cum quo, Sacerdoti rationali hoc induto, & in rebus majoris momenti, quarum obscura fuit ratio, consilium atque responsum capturo, res sacra erat, aures fore præbiturum, & responsurum ad quæsita; ut igitur tota hujus oraculi majestas, autoritas dignitasque, cujusdam vera & evidens ratio maximam partem ignoratur, in voluntae, ordine & instituto divino fuerit posita. Quod vero Christus sese η A & ο vocaverit Apoc. I. 8. II. pariter sententiam istam minime adjuvat, aut robur aliquod addit, quippe quod plura magis & potius, quam vim physicam & naturalem in literis latere absconditam, ex ista loquendi formula, colligi possunt. Quis enim comparationem & metaphoram non clarissime videt? quis non ad literarum Græcarum ordinem, tum temporis consuetum usitatumque alludi respicque cernit? Melius certe CLEMENS ALEXANDRINUS (x): κύνλογος ἡ αὐτῆς πατσῶν τῶν δυνάμεων εἰς εἰλεγμένων

sed sine restrictione temporis semper & ubique, quod tamen fieri nequiverit (3.) quod a Moyses omnes ad observationem præceptorum divinorum obliget, cum tamen Rabbinii, mulieres, servos, ancillas a phylacteriorum usu absolvant. &c.

(u) Confer præ multis aliis LUNDII Leviticus Priestethum L. III. C. VI. pag. 428. sqq. Georgii Gulielmi DIETERICI Duodenium sacrum de Urim & Thummim Nürnbergi. 4. 1714. in quo toturn hoc argumentum pertractatum maximo est studio. Johannis STENCFRI Dissertat. de Urim & Thummim Cantabr. 1669. Joh. BRAUNIUM de Vestitu S. S &c.

(x) Stromatum L. IV. p. 391. Est enim idem circulus omnium potestatum quæ in unum circumvolvuntur & uniuntur. Et ideo verbum dictum est Alpha & Omega, cuius solius finis sit principium, & rursus definit in id, quod est defuper principium, nusquam distantiam accipiens & dimensionem. Quamobrem & in ipsum per ipsum credere, est unicum fieri, scilicet in ipso induulse unitum: non cre-

καὶ ἐνυμένων. Μέτα τέτο Αὐλφα καὶ οἱ λόγοι εἰρηταί. Ἐμόνες πὸ τέλος
δέχη γίνεται, καὶ τελευτὴ πάλιν ἡτταὶ τὴν ἀναθεν δέχην, ὁδαρις οὐδέ-
στοι λαβεῖν. διὸ δὲ καὶ τὸ εἰς αὐτὸν καὶ τὸ δι' αὐτὸν πιστεῦσαι, μοναδι-
κὸν εἴσι γενέσαι, ἀπερισπάσως ἐνύμενον εἰς αὐτόν. τὸ δὲ ἀπιστῆμαι, δισά-
ση εἴσι καὶ θλιστῆναι καὶ μερισθῆναι. Cui adjungi meretur ANDREAS CAESARIENSIS (y) in Comment. in Apocalypsin: τὸ
δὲ ἕγω εἶμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, οἱ Χριστὸς ἀνταῦθα δηλῶται. ἀτε Θεὸς καὶ
πορετῶν τῶν πάντων ἀναρχός τε ὅμοι καὶ ἀτελέστητος. οὐ καὶ τροπῶν,
καὶ πέρας τοῦ ἔχων, ὡς τῷ πατρὶ συναίδιος. καὶ θλιστὸν δοποδώσων
ἔκαστον τῶν πεπραγμένων τὰ οὔτιχερα. Denique nec ex rationibus,
quas adferunt, aliquid pro stabilienda eorum sententia effici-
tur. Quamquam enim cum veritate consentiat, singulis crea-
turis singulas variasque vires Deum addidisse, nominibus tamen
literisque, vel ab ipso Deo, vel ab Adamo (z) vel à posteris
factis formatisque præter idealem rerum & vim significativam
inditum est nihil, cuius vero beneficio interior rerum indoles
indagari, ejusque ratio cum aliis communicari potest. Ne-
que persuadendi vis Ethica iopatheticaque ipsis verbis, extra

ora-
dere autem est dubitare, spatioque ac intervallo disjungi & dividi. Conf. eu-
dem p. 393.

(y) Comment. in Apocalypsin ed. Sylb. p. 6. Hic locus perspicue Christum designat,
ut qui & Deus existat, & absolutum in omnes dominatum obtineat, & omnis prin-
cipii ac finis expers vivat. Qui idem etiam est & erat, & finem ignorat, perin-
deque atque Pater auro sempiterno durat, & unicuique olim pro operum suorum ra-
tione & qualitate, vel præmia exsolvet, aut supplicia inferet.

(z) Peculiarem hic sententiam tenet Cl. Hermannus van der HARDT
in epistola ad Clar. Paul. Mart. NOLTENIUM de vocatis ab Adamo animalibus
1705. ubi sententiam communiorē & Judæorum & Christianorum verbis signi-
ficantissimis, propriissimis, totam omnium animantium naturam admirabiliter & in-
explicabili brevitate Adamum expressissime resellit; quod i. explicatio hæc contra lec-
tum & finem sermonis Gen. II. 18. 2e. qui non de appellandis animalibus, sed
de blandissima Adami socia fuerit, pugnet; 2. nec omnes animalium species ad
Adamum venerint; 3. nec ex omnibus locis convenire potuerint, 4. nec usus
adpellationis hujus atque necessitas extiterit, nemine præter unicum Adamum
tunc præsente; 5. nec naturæ brutorum & avium ex nominibus cognosci semper
& accurate possint &c. quanta vero veri species huic sententie sit, penes lectorem
judicium est.

orationem positis ab Oratoribus tribuitur, quæ sine rebus inanem
efficiunt loquacitatem, & sinistre applicata vim suam amittunt,
quippe quorum sermo tum demum hominum sibi audientiam
facit, si solerti studio res inventas, concinno ordine locatas,
apto ornatoque sermone vestire, & varia rerum notitia imbuti,
perspicue, plane, graviter atque ornate dicendo in aures il-
lorum influere didicerunt. (a) Quæ autem in specie de litera-
rum Hebraicarum divinis mysteriis proferunt philologi &
philosophi, & quæ sagacissime Cl. Casparus NEUMANNUS
in Clavi domus Eber & Genesi literarum Hebraicarum de significa-
tione enigmatica detexit, illa huc trahi non debent, cum præ-
sertim ille tantum scriptio ex Hieroglyphica vel enigmatica &
grammaticali composta, in sola lingua Ebræa deprehensam (b) tra-
dat, quæ à voluntate & auctoritate divina excellentiam suam at-
que præstantiam est nacta, à qua tamen vis hæc physica & natura-
lis literarum, de qua nobis sermo est, plurimum differt. Plane
igitur bene res in aprico est posita, nulla tali vi physica, natu-
rali, imo magica, quæ bona perficiat, mala avertat, mira ope-
retur, literas vocesque ex natura sua pollere, quam ipse Deus,
quis enim alias? vel immediate indidisset, vel mediate, quod
tamen, quemadmodum veri speciem præ se ferat, nulla auto-
ritate, nullaque ratione, cum contrarium potius eluceat,
ostendi potest, ut lubrico fundamento fculneoque, qui pro
hac sententia pugnant, nitantur, atque à veritate aberrare, &
superstitioni januam aperire videantur.

N

§. XXXIX.

(a) Bene igitur CICERO de Oratore L. I. Tom. OO. edit. Lambin. 1580. Octav.
pag. 257. Est enim & scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua ver-
borum volubilitas, inanis atque irridenda est: & ipsa oratio conformanda non so-
lum electione, sed etiam constructione verborum: & omnes animalium motus,
quos hominum generi rerum natura tribuit, penitus pernoscendi, quod omnis vis
ratioque dicendi, in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis aut excitandis
exprimenda est.

(b) Evolve vel maxime pag. 129. sq. adde Clar. Christiani Benedicti MICHAELIS P. P. in Academia Hallensi Dissert. de Vocum seminibus ac literarum signifi-
catione hieroglyphica maxime Cap. II. pag. 23. seqq.

§. XXXIX. Accedit ad priora *judicium philologicum*, quod reliquis subjungere, nec abs re erit, nec voluntati lectoris contrarium. Quoniam vero plura, quae ad hunc locum pertinent, supra jamjam commemorata sunt, igitur brevior omnino ero, alias modo quæstiones subiectas. Prima est, quanta autoritas, & quale pretium horum & schedules sacrarum sit in gente Judaica? & quid de earum usu præcipui doctores recutiti censeant? Non autem hic modo quærimus de schedulis *ταξιδίων στεγεών*, sed quovis earum genere, quum similius similis habeatur ratio, idemque de iisdem instituatur judicium. Varias autem in sententias ipsi Judæi hic abeunt, aliis hujus rei usum severe prohibentibus, aliis media incedentibus via, aliis ipsam rem eo præstantiore dilaudantibus, quo majori in pretio ipsam Kabbalam habent, in hoc consentientes ab idololatria & Gentilium moribus abstinentem esse, nec eorum sequenda consilia, qui à fide Judaica alieni existunt, ad quorum probationem sufficient verba in *Schemoth Rabba Sectione (c) XVI.*

כיצד שם היה ארם פישראל ואחרת מתרפה אסורה חולה ויאמרו לו לך עז פולנית ואחרת מתרפה אסורה רילך שכן הוא אומר זוכך לאלהים יוחרם כלתי לך לברו והואיל שכל טו שעבר עז יחרם סוטב לו למות בחולי ואל יעשה חרס בעולם הזה. ולא זה בלבד אסורה אלא כל רכר שהוא של עז אסור להתרפאות בו שם יאמרו לו לארס טול מה שמקטרין לעז או טול מן האשרה ועשרה קטיעות והתרפה אל ויטול שכן כתוב ולא ירבק בירך פאומה מן החרם עז *Quomodo, (rebus prohibitis ad imitationem Gentilium idololatriæ,) idololatria exercetur? Si fuerit Israelita ægrotus, eique dixerint: abi ad idolum quoddam, & sanus fies, nefas est contendere, quia dicitur Exod. XXII.19. qui sacra facit Diis, præterquam Jehova soli, neci devoveatur. Et quandoquidem omnis*

(c) fol. 133. col. 4. edit. Francofurt. ad Oderam. Conf. etiam totum Tract. *Talmudicum de Aboda Sacra*, in quo pluribus de hoc loco agitur, cum Maymonidis Epitome & Commentariis, item Bartenora plurimumque aliorum.

omnis idololatra neci devotus est, melius ipsi est, ut moriatur, quam ut devotus neci fiat in hoc mundo. Non vero hoc solum prohibitum est, sed omne piaculum est, quod ad idololatriam spectat, ut eo aliquis sanari velit, exempli causa, si dicant, removere ab idolo, quo coronarunt illud, quodque ipsi est alligatum, aut sumito aliquid è luco consecrato, unde conficias membranulam è collo pensilem, atque sanaberis, ne accipito, uti scriptum est Deut. XIII. 18. in manu tuanihil ex re devota barebit, qualis est idololatria. Ex utraque parte, tum affirmantium, tum negantium unum testem vocabo, ut ex eorum, qui maxima auctoritate inter Judæos sunt, sententia, facile, quæ hisce amuletis fides sit habenda, dispalescat. Prout autem Gentis hujus Doctores aut plus aut minus Kabbala amore ducti fuerunt, & vel traditionibus, vel Codicis sacri auctoritati, & textus sacri authentiæ majorem præbuerunt adsensem: ita à se invicem dissentient, ut alii amuletorum horum usum aut adprobent, aut rejiciant. Illicitum eorum vel maximam partem usum esse gravissime, qui post Mosem Prophetam Moses alter maximus habetur, perhibet MAYMONIDES, quem solum hic testimonium firmum, grave & amplum dicentem provocare liceat. Ita autem ille in *Commentario in Misnam Avoda Sara*. Cap. IV. (d)

ממה שאחתה צריך לירע כי הפילוסופים על
השלימות אין סאמינים הצלפים רצוני לומר הטלסמתה אבל
spliugin סחן ומאותה שחושבין שיש להם פעולה ובאוור זה יאריך.
ואמנם אני אומר זה לפ' שאנו יורע שרוב בני ארם כולם
נפחים בזה פתוי גROL מאר ובבדרים דוממים להם ומחשבים
שיש להן עניינים אמיתיים ואני הבהיר כן עד כי הטובים
החסידים מבני דתנו חושבים שהם דבריהם אמיתיים אלא שהם
אסורים מצד החורה בלבך ואינם יורעים שהם דבריהם בטלים
כוובדים ונצטווינו בתורה שראי רשעותם כמו שהוחירה על כוב
וג' Scire tibi necessarium est, quod optimi philosophi non cre-
dunt

(d) *Avod. S. C. IV. §. 7. Part. II. p. 63. col. 1. edit. Venet. & Claris. Surenhusius Mischnicam Legum Part. IV. pag. 382.*

de Idololatria seu (f) sic eandem sententiam illustrat:
 הרוחש על המכח וקורא פסוק מ' התורה וכן הקורא על
 ההוריק שלא יבעת והמנית: ספר תורה או תפילין על הקטן
 בשבור שויישן לא ד' להם שהם בכרל מנהחים וחברים אלא
 שהן בכרל הכהנים בחורה שהן עושין רברוי תורה רפואת גוף ואין
 Qui mussitas ארא רפואה נפשות שנאמר ויהיו חיים לנפשך וגנו
 ורבה super vulnere quodam aut morbo; aut, qui legit textum
 scripturæ Legis super infantem, ut dormiat, non solum censetur
 inter prestigiatores & incantatores: Sed etiam annumeratur in-
 ter eos, qui legem negant, quia verbis legis ad valetudinem cor-
 poris (uti etiam in aliis casibus, periculisque, in quibus incen-
 dia continentur) utitur, quum non sint, nisi animarum medicina,
 juxta Prov. III. v. 22. Et erunt vita aximæ tuae. Quæ omnia de-
 nique ex origine sua ducta improbat ubi
 in hunc sensum loquitur: מורה נבוכיס (g) ubi
 וכשפטצאו אנשי רשות וסכלים אלה
 הרכבים היה להם יכולת על הcobra שייאמרו כי כшибרו איה
 אותיות שירצטו וככלו לעשו כך וכך וכשיכתבו אותו או ייאמרו
 אותו על עניין כך וכך ואחר כן נכתבו הcobra הtems אשר
 בדו מלכט וחרשעים ובאו הכתובים בהם לידי הפתאים שאין
 להם הכרה להכיר בה האמת פן השקר והאמינו בסם יחשכו
 כי הם אמחייס כי כמו שנאמר פתי יאמין לך דבר זה
 Postquam vero homines impii & stulti (scilicet nomina & ver-
 ba quatuor vel duodecim vel 42. literarum explicantes) poten-
 tiam habuerunt mentiendi, dicentes: si quando aliqua litera
 conjunguntur, ut ipsi volunt, habeant talem effectum & talem,
 si scribantur, vel dicantur tali vel tali modo. Postea vero scri-
 pta sunt ista mendacia, que invenerunt mali isti homines de eor-
 de suo, perveneruntque scripta illa ad manus insipientium, qui ca-
 rebant discretionem, qua discernere possunt verum a falso, & cre-
 dide-

N 3

(e) Cap. V. §. 4. pag. 92. col. 2. edit. Imman. Atthia. Confer hic omnino
 in quibus commemoratur in tota Austria maxime prohibitum esse inscribere
 nomina angelorum: inquit enim auctor: הגהות
 הניג בכל ארץ אושטראירד שלא
 בכתב במווה לא חותם ולא מלאך רקathy הפרשיות כאשר
 רם כתובות לא יחווט אפирו אותן אחת וגנו
 in toto terra Austria, ut in nulla Mesjica scribatur vel sigillum, vel angelii nomen,
 sed duo tantum parashah, eaque ut scripta sunt, ne etiam vel unica litera
 addatur &c. addit. עוז Ibid.

(f) Conf. Iad. Chasaka in Mesechet עלום Cap. XI. §. 12 sqq. Part. I. editionis
 Imman. Atthia pag. 42. col. sq. ubi in הגהות explicatur de פגעים
 cantico incursum, quo in morbis utuntur. Adde edit. Dionysii VOSSII Cap. XI.
 §. 14. maxime in notis p. 157. RAYMUNDI Pugionem fidei pag. 710.

(g) In More Nebochim Part. I. Cap. LXII.

diderunt illis scripturis, & confisi sunt, quod certa essent: ut scribitur Prov. XIV. 15. stolidus credit omni verbo. Hunc igitur inter plurimos principem (k) plures alii sequuntur, quotquot vel Legum vel rituum, vel ipsius textus sacri tenaciores sunt, & studiosi, ut amuletorum horum abusum, & vanam in querendis verborum mysteriis superstitionem, quantum ad ipsos spectat, prohibeant & aspernentur, nec praeter invocationem nominis divini, ejusque in precibus reverentiam superstitionis aliquid in hoc genere permittant. Diversam ab hoc sententiam tenet R. Moses NACHMANIDES, (i) Gerundensis Hispanus, qui de Maymonide mox optimus, mox iniquus Judex existit, & in eum commentatus est. Hinc quem in *Juchasin* צייר הקורש נזר המאור & lucem & florem & corone sanctitatis, & alias in Schalscheleth sapientem admirandum voeant, princeps facile omnium Kabbalistarum, artem Kabbalisticam eamque practicam summo studio commendat, cuius peritissimus variis illam scriptis illustravit. Is, teste R. Schem Tob, sententiam R. Mosis Maymonidis de amuletis vel correxit vel rejicit, quod illud tantum per accidens fiat, quod improbari possit: ואמר החכם ר' משה הנרבעני מה שיראה לעצם מפועלות הקמיות והשומות אינו מבטל רברוי הרב כי הוא במקורה *Dixit sapiens Rabbi Moses Narbunensis*, quod videtur populo circa operationes pittaciorum sive amuletorum, sive ligaturarum, nominumque, id non evertere verba R. Mosis Maymonidis, quia illud fit per accidens & vi imaginationis. Facta autem ipsa & exempla ejus magica & Kabbalistica multiplicia in

(b) Conf. Celeberr. & Rever. Dr. WOLFFII, amici nostri honoratissimi Bibliothec. Hebr. pag. 834. seqq.

(i) Conf. eand. *Bibliothecam* pag. 876. MAYMONIDI autem hic adjungo R. ABEN-ESRAMadDan. II. 31. qui etiam de Kabbala theoretica non optime judicat כל החושבים המלota או בחשבון גמטריא הבעל ורעות רוח omnes, qui verba literasque per numericam Gematriam supputant, res suscipiunt uanas & animo noxias.

in *Schalschelet Hakabbala* (k) recensentur, maxime quæ Barcinoне perfecit miranda de liberatione ex igne hominis & vesta in medium urbem navi, in cuius rei memoriam turris fuerit exstructa. Inter plures, (l) qui ipsi succenturiantur unicum ad latus pono R. Jehudam LEONEM bar BEZALEEL (m), cuius scripta varia גבורת השם potentia Dei, gloria Israelis, aliaque, multa media subministrant, quibus se Israelitæ in exilio & in variis periculis tueri, & erigere spe liberationis possint. Quos igitur tota multitudo Judæorum sequitur, in qua & usus & auctoritas טווזות קמיעות השכבות plurimum valer, quamquam plures ipsam eorum naturam & rationem ignorent, feliciores maxime aliis imponendo, quam indagando rei veritatem.

§. XL. Secunda quæstio est: Cum fundamentum hujus rei, ut supra probatum fuit, sit Magia superstitionis, & maligna quoque, quæ ejus inter Judeos auctoritas sit porro consideranda? & quid de vera magia concedant? Quid Kabbala sit, & quatuorplex supra jam commemoravi, quæ hic repetere nolo. Quousque autem Magiæ superstitionis & diabolice suspicio in Judæos devolvitur, eosdem talia perneggantes audiveris, qui illa liberari, ne pœnam subire cogantur, cupiunt. Pro omnibus loquatur R. Salomon ZEVI in suo *Rokha* seu *Jüdischem Zieract* / in quo Samuelis Friderici BRENZEN abgestreiften *Jüdischen Schlangenbalg* refutat: (n) Ich halte ihⁿ Mumar Sammael

(k) pag. 55. b. verba ipsa prolixiora exhibet HOTTINGERIUS in *Thesauro Philosophico* pag. 444. seqq.

(l) Conf. R. Salom. JARCHI in *Glossa ad Bava Bathra* fol. 134. col. 1. ubi R. Iochanan ben Saccai unus ex 80. discipulis Hillelis Senioris dicitur Scivisse שיזחת שרים ושיזחת מלאכי שרת artem collaudandi cum demonibus, palmis & argelis bonis; ex quo exemplo ille deducit, נפלא פניה לעשות קמיעות לרפואה & deducitur inde, quod licet facere amuleta valetudinis causa.

(m) Conf. Maxime Rever. Dr. WOLFFII Biblioth. Hebræa. pag. 418. seqq.

(n) Verba hæc accepimus à Wagenseilio in *Scriptis Germanicis collectaneis* in

mael Friederich vor einen Schelmen / Dieb und Bößwicht / biss so lang er solches (variarum artium magicarum exercitia) auff die Juden beweiset. Der solches thut / er seye gleich Christ oder Jud / der ist ein Zauberer / und ist des Todtes schuldig. Postea de damno in puerperiis inferendo : Drauff sag ich / daß ein solcher / der das thut / ein מכשף (Hexenmeister) ist / den soll man verbrennen. Dieser maleficischer Laster werden wir Juden בָּרוּ כִּי (Gott seye gelobet) weniger dann alle Nationen und Völker bezüchtiget. Auch der Erz-mecalschef Bileam unser grösster Feind / der uns hat verfluchen wollen / gut יְהוָה בָּרוּ Zeugnus gibet, da er sagt Bemidbar (im IV. Buch Mosis) XXIII. 23. שֶׁנָּא כַּי בְּעֵבֶר וְנָא dann es ist kein Zauberer in Jacob / und kein Weissager unter Israel : Porro : Ich vor mich heisse ihn Mumar Sammael Friederich Brenzenlügen/ wie einen מכשף Schelmen / Dieb / Bößwicht und Mörder / so lang biss er solches auff uns Juden beweiset ic. Sed quæ Zevium falsitatis & mendacii arguunt, & contrarii convincunt, plura adferri possent, ex quibus quedam seligimus. Primum enim ipsa experientia, præclare hoc probat, quod foedissimo divini nominis abusu, variis incantationum formulis, superstiosa rerum naturalium accommodatione, ipsam magiam strenue exerceant, ut vel ex solo hoc genere amuletorum, quibus incendia extingui afferunt, clarissime patet, idemque præclare diligentia sua declararunt, quos consuli velim, Antonius MARGARITA, von dem Jüdischen Glauben; Christianus GERSON vom Judenthum; Johannes MULERUS in Judaismo & Rabbinismo; Johannes BUXTORFIUS in Synagoga Veteri Judæorum; Johann. Henricus HOTTINGERUS in Thesauro Philologico, pag. 444. sqq. En- nead.

Tract. Der bey denen Juden erregten Zweifel wegen der Wahrheit ihrer Glaubenslehre ic. pag. 67. lqq.

nead. Dissert. Philol. pag. 276. Histor. Orient. pag. 284. sq. 299. Johannes SAUBERTUS in Palæstra Theologica, Johannes SELDENUS, Campegius VITRINGA, Johannes WITSIUS, RAYMUNDUS, CUNÆUS, BASHUYSENIUS, Johannes LEUSDENUS, Jacobus BASNAGIUS, VORSTIUS, Joh. Andr. EISENMENGERUS, P. II. p. 439. sq. WAGENSEILIUS, HARDTIUS, DEULINGIUS, Georg. Elies. EDZARDI, Johannes Jacobus SCHUDTIUS in Jüdischen Merkwürdigkeiten L. VI. Cap. XXXI. pag. 188. sqq. Joh. Fr. BUDDEUS in Introductione ad Philos. Hebraeorum, WULFFERUS in Animadversionibus ad R. Zevi Theriacam, Johannes STEUDNERUS in der Jüdischen AVB Schul; D. Johann Christianus FROMMANNUS de Fascinatione magica L. I. P. I. Sect. II. Cap. XVIII. Johannes REUCHLINUS (o) O Nico-

(o) In libris tribus de Arte Kabbalistica. Hic autem sub finem libri III. pag. edit. Francof. 770. usum hujus Kabbala excusare videtur, quod non ipsi signillis, inscriptionibus, & ejusmodi rebus effectus miri tribuantur, sed precibus, sed fidei, sed Angelis, sed Deo. Verba ipsius quædam allegabimus. Stant itaque cum signillis & inscriptionibus coram altissimo mente Deo devota, & quam libeat benedictionem de illis decem otto benedictionibus, aut in aliis justis precibus contentam postulaverint, infallibiliter se impetrare sperant, omnemque vel cœlitus imminentem sepe sortem frangere, vel adipaceas, id est, divinarum legum inevitabilem potestatem orationibus sacrorum verborum mitigare posse confident. Nam haud modo characteribus & figuris, verum etiam verbis & carminibus bene initiatum Cabalistam putant, quavis quantumvis admiranda efficere. Et porro sed, (ut afferentibus illis vera loquar) omnia ea fidei portio tribuunt, quamquam & orationibus nonnullam esse insitam potestatem opinantur. Dicunt enim atque credunt, quod oratio fidei salvatur infirmum: neque aliter idonei Cabalists sentiant, qui pariter affirmant, operationes miraculosas ex solo Deo & ab hominis fide pendere. Mendaces igitur & stultos esse illos pronunciant, qui SOLI FIGVRÆ, SOLI SCRIPTVRÆ, SOLIS LINEAMENTIS, SOLIS VOCIBVS aere fracto natis, tuntam miraculorum vim & potestatem concedant, ut testatur R. Moses Agyptius in Libri Perplexorum I. Cap. LXXII. Quibus postea subjungit: Nemo de Arte Cabalistica parvo momento satis dicere potest, tanta sunt res, tam alta, tam innumera, tam DISCRIMINOSÆ, ut oporteat summis ingenii viribus nisi quemlibet ejus causa avidum & studiosum. Et circumspiceret non modo, qua industria sit addiscenda, sed etiam quo sit PERICVLUS MODERANDA & EXERCENDA. Nam cum ea scientiasit & rerum spiritualium & spiritualis, nec possit homo fa-

Nicolaus LIRANUS , Ernestus Ferdinandus HESSUS in der
Juden Geisselung. Hieronymus de S. FIDE in Hebræo Masti-
ge , Vindice impietatis ac perfidiæ Judaicæ 1602. Francof.
Joh. Christian HARPSTATT , im Gottslästerlichen Judenthüm / & alii , quorum nomina supra recensita fuere. Exem-
pla autem R. NACHMANIDÆ , Jechielis de PARISIO , (p)
R. SIMEONIS fil. Schetach , (q) R. ELIESERIS fil. HYRCA-
NI (r) multorumque aliorum ut plures taceamus , lectorem
in sententia nostra confirmabunt. Neque enim pro veritate
pugnant aut excusant , quæ R. Zevi de Kabbalæ autoritate af-
fert : Dann die Cabbala ist nicht verbottene Kunst oder
Zauberey. Dann das מעשה כישוף Zauberwerk ist an ihm
selber verbotten / was aber durch die קבלה שׁל שׁם קבלה und
Naahmen des gebenedeyten Gottes/ und seiner Engel zugehet / das ist erlaubt ; dann dadurch
sichet man die Kraft Gottes / הוא הקבלה מעשיותה und
das ist die thätige Cabbala &c. Etenim' , ut supra moni-
tum - & nullam speciem magiæ veræ , divinæ aut naturalis
hoc argumentum præ se fert , & si valeret atque rem proba-
ret , plus , quam queritur , confirmat , nulla scilicet omnino
magiæ

cile de Spiritibus afferre iudicium , is etiam , cui est inter angelos & demones ju-
dicandi concessa potestas , qualibet discreta pensulatione , vel usque ad aquatam
regulam , profecto non sine multa utique formidine , ac nisi purgatis ante mori-
bus isti facultati , & isti exercitio recte incumbitur , ne BALAAM PROPHETÆ
SORTEM patiamur , ne viventium matrem imitemur , ne sub figura lucis tene-
bras sequamur. Metuite vobis ab istis FVLMINE DEIECTIS SPIRITIBUS ET SÆ-
VISSIMIS HOSTIBUS nostris , atque credite mihi , ferunt inter nos mortales , ut
Angeli , sic DIABOLI VEXILLA quique sua &c. Hæc quidem prolixiora , sed
qua mentem auctoris in re diffici & abstrusa causam & providentem , atque à
superstitione & periculo hujus rei usu alienam produnt , quippe qui Magiam
practicam alias rejicit.

(p) Schalschelet Hakabbala p.57. Buddei Introduct. ad Philos. Ebræor. p. 352. sqq.

(q) Vid. Joh. Henrici Otthonis Historiam Doctorum Misnicorum cum notis Re-
landi pag. 60. sqq.

(r) Vid. Otthonis Histor. Doct. Misnicorum p. 120.sqq. In hujus enim Eliezeris , qui
גָּבְעָאָגָּזָרָיְהָן vocatus , generatione magni magi & prestigiatores fuere ,
qui mira coram auditoribus ad suam sententiam probandam , patravere.

magiæ prohibitæ vestigia deprehendi , quia nullum ejus ge-
nus datur , in quo nomina divina & angelorum non occur-
runt , ut facile ex Rosenrothi & Reuchlini Kabbala denuda-
ta & Arte Cabballistica colligitur.

Secundo veritatem sententiae nostræ conciliant & patro-
cinium arripiunt varia scripta Judæorum magica , inter quæ
præter R. Jehudæ Leonis bar Bezaleel eminent שֶׁמֶן הַחֲדִירִים ,
usus Psalmorum magicus , in quo variæ magicæ Psalmorum in
omnibus periculis applicationes docentur (s) Eique similis li-
ber שֶׁמֶן תְּרוֹהָה usus Pentateuchi magicus , MNS & Libellus
Medico Magicus סְפַר סְגֻלּוֹת רְפוֹאֹת de proprietatibus seu virtu-
tibus & medicinis , qui Amstelodami 1703. prodiit , cujusque
pars prior Hebræo Germanica 82. præcepta Medica , poste-
rior Hebraica 17. Instructiones continet ; & quæ S. Rever. Dn.
SERPILILIS MNS. (t) possidet monumenta , Poloni cujusdam
סְפַר רְזִיאָל & מעשה כישוף liber rarissimus ; & alia arcana
Judæorum.

Tertium quoque argumentum ex legibus ipsius Synedrii pe-
titur , in quod etiam magiarum artium peritissimi cooptabantur
in quibus vel maxime hæc notitia desiderata fuit , tum ut alios
magiæ criminis arguere & convincere , tum ut mortem & pænam
iis infligere possent , qui forte magicis artibus , ne perirent ,
usi fuerint. Ita enim GEMARISTÆ Tractatu Sanhedrin (u)

O 2

אפר

(s) De hoc libro tale judicium olim fuit , qui illum perlegit , Celebris litera-
rum Rabbinicarum in Germania instauratoris , & qui totam fere vitam suam
in hoc studiorum genere , & convertendis Judæis transegit ESDRÆ EDZAR-
DI , S. Theol. Licentiati : Pestilentissimus est liber , ait , quæ legisse me omnino
panitet. Quod ipsum ex ore Venerandi Parentis mei accepi , qui æque olim
1678. ac ego 1707. eodem Præceptore in his literis tractandis usus est.

(t) Ille enim in præfatione supra citata : Worzu dienen auch der Juden ihre Sche-
mos , Kameos , Haschbaos , Mebusen &c. als zu den abergläubischen Werken der
Finsternis ? alles und jedes habe mit bishero von unterschiedlichen Juden in dem
Ende angeschafft ; dieselbe durch den Augenschein / weil sie dergleichen Missbräuch
der sonst unschuldigen Cabbal bey Unberichteten eüsserst zu läugnen pflegen / aufs
kräftigste zu überzeugen.

(u) Tract. Sanhedrin fol. 17. fin.

אמר רבי יוחנן אין מושיבים בסנהדרין אלא בעלי כומת' בעלי חכמה
ובבעלי טראח ובעלי זקנה ובבעלי שפם ווורים שבשביעים לשון שלא
dicit R. Jochanan, non con-
stituunt ad. ss. res Synedrii nisi viros proceros & sapientes, & vultu
venerabiles & aetate graves & artium magicarum peritos, & 70.
linguarum gnares, ne opus habeat Synedrium interpretibus. Ad
quaes verba JARCHIUS להמיתא מכתבים הכותחים בכתפיהם
להנצל פירוי בית דין ולגלוות על המכתבים המסתירים ומורייחן מ-
מכתבים ut possent necem inferre iis, qui magicis
artibus, ut evadant paenam Synedrii, utuntur, utque possent de-
tegere magos alios instigantes atque ad apostasiam induentes,
quales sunt Christiani. Qui etiam alibi (x) ita commentatur;
cur magi esse Synedrii Adlessores debuerint
שם וזה הנדרן מכתה consentiunt R.
MOSES filius R. Jacob KOTSENSIS vel Cotzensis in Sepher
מצות גדור Præcepto affirmativo XCVII. R. Jacob ben ASCHER
in Arba Turim, & in primis R. Moses MAYMONIDES in
אין מעמידין בסנהדרין (y) Manu forti Hal. Sanhedrin. ויד חזקה
בין בגדולה בין בקטנה אלא אנשים חכמים ונכונים טופרנים
בחכמה התורה בערוי דעה מרובה וורודים קצת משאר חכמים כגון
רפואיות וחשכון ותקופית ומולות ואיצטגונות ודרבי המוננים
וחקוסמים והטכשפים והבל עבורה זורה וכיווץ באלו כרי שיחין
יודעים לדון אותם Non constituant, sive in magno sive in minori
Synedrio Viros, nisi sapientes, prudentes, exercitatos maxime in
Lege, doctissimos, scientes quoque aliquid de aliis artibus, velut
Medicina, Arithmetica, Calendariis, Planetis, Astrologia & mor-
dis Hariolorum, præstigiatorum & veneficorum & idololatriæ,

(x) In Tract. Talm. Menachot fol. 65. 1. init.

(y) in Jad Chasaka Hal. Sanhedrin. Part. IV. Cap. II. §. 1. pag. 240. col. 1.

& his similibus, ut possint talia dijudicare atque damnare &c.
Ex Interpretibus in testimonium voco R. BECHAI (z) ben
Ascher in Commentario in Torah, qui Kabbalæ peritissimus
מצינו בשבעים סנהדרין שהוא צרכין להיותם בקיאים
בכל החכמות אפילו בחכמה הכהנים כרי שיחין דין בכל הענינים
דין אמר במשפט תורה ואילו לא והוא שלמים בחכמה ורעות
כל פניו הכספי ווחסר להם אפילו מין אחר שליטה ורעה
לא היו יוכדים לדונו להזוב או לפטור ולעשוה בו הלהקה ונו
Invenimus de LXX. viris Synedrii magni, quod exercitati vel
maxime debuerint esse in omnibus scientiis, etiam in scientia
præstigiariæ, ita ut judicare potuerint de omnibus negotiis pro
veritate ad normam legis. Quod si vero non perfecti fuerint in
omni genere notitia artis magice, ita ut vel una species ipsius
ignota fuisset, illi non potuerint vel absolvere quemquam vel
condemnare, eique pro expositione legis facere. Ex quibus effici-
tur, ipsam magiam non tantum notam inter Judæos tum pri-
scos, tum recentiores esse atque fuisse, sed exercitatem quo-
que & inter scientias relatam, ut plures quoque inter antiqui-
tatum Scriptores perhibent. (a)

§. XL. Tertio denique loco queritur utrum eventus ipse
rem hanc probaverint, & quaes hisce schedulis religiosis de ex-
stinguendis incendiis promissa fuere, unquam fuerint perfe-

O 3

cta

(z) ביאור על תורה In edit. Venet. 304. Christianorum æra 1544. parashah
שופטים pag. 219. col. 4. adde R. Levi Gerson in Comment. in Torah pag.
233. col. 3.(a) Confer WITSIUM L. II. Dissert. III. Miscellan. §. 43. p. 540. Petrum CU-
NÆUM de Republica Judæorum L. I. Cap. XII. pag. edit. Joh. Nicolai 125. sq.
Johannem SELDENUM de Synedriis Ebræorum L. II. Cap. IX. pag. 781. seqq.
J. H. OTTINGERUM Smegmat. Orient. L. I. Cap. IV. §. 4. pag. 63. sq. Ad
haec de magicis Judæorum artibus & consortio cum Daemonibus constat ex
Tractat. Talm. Meila fol. 51. col. 1. ubi ope Daemonis Een Talamior, vel Ta-
malion, qui filiam Imperatoris Romani obsedit R. Simeon ben Jochai, & R.
Eliezer fil. R. Iose retractationem decreti Imperatoris contra Sabbathum aliasque
cerimonias impetrarunt, de quibus vit. Clar. EDZARDI Cap. I. Avod. S. p. 91.
& 265. seqq. adde Joh. LIGHTFOOTI O. Vol. II. ed. Leasd. p. 74. col. 2.
pag. 147. col. 2.

ta, flammis incendiorum vere impeditis & oppressis? Hæc vel maxime adfirmant, qui de suis rebus vel maxime glorianter, illi Judæi, qui vel artes haice sectantur, vel superstitionis cœstro impetuque ab repti fidem adhibent. Etenim qui mira & majora, omnem fere fidem exsuperantia perficere hoc virtutis genere fuerunt conati, cur levioribus imparés fuissent, inter quæ incendia numerari possunt? Quod si R. Jechiel Regem Francie vel jam à terra absorptum hac arte ad pristini status rationem reduxit, quam ob rem flamas impedire & extingue-re minus potuisset? Huncque errorem eo minus extorqueti sibi sententiæ hujus patroni patiuntur, quoniam exemplorum inductione veritati lucem affundi credunt, de quibus ipsam multitudinem in assensu facile rapere possunt, quæ in medium & auxilium vocatis Judæis, eorum precibus & arte adjumentoque finem igni & incendio impositum fuisse credula per-hibet. Exempla producunt MULLERUS in *Rabbinismo* pag. 55. & Cl. SCHUDTIUS. (b) Ego in memoriam revoco opinionem quorundam, qui in incendio Stuttgardensi ultimo, in illo extinguendo opem tulisse Judæos putarunt, quorum quidam peregre vocatus civis cuiusdam ædium foribus Egla seu Agla inscripserat, quo facto, furentes flammæ, quæ ipsam domum jam adusserant, & cum proximus arderet Ucalegon, cessaverint; Sed quis nescit, quam optima consilia in restinguendo igne fuerint adhibita? in quanta cura & diligentia actionum omnes sint versati? quanti ex tota patria hominum concursus extiterint? quorum solertia & labore, quibus divina benignitas, ut optima adjutrix, accessit, perfecta est, ut ad Judeorum operam non fuerit confugiendum; quamquam & de aliis superstitionum generibus, quibus quidam usi fuere, mihi suit in-auditum. Verum enim vero, quas furentes & vastantes flammas Moses extinxit, miraculosa divina potentia, precibusque arden-

(b) Parte II. Gener. L. VI. C. VI. §. 4. sqq. pag. 74. sqq.

ardentissimis ad Deum fusis eas extinxit, Num XI. 2. nec Moysi illa res, sed maximo Jehovæ Deo ab Israelitis laudi ducta est. De aliis exemplis extincitorum per Mogen David & adjuratio-num formulas incendiorum vix ulla fides permanet, si à magia superstitalia atque dæmoniaca discesseris. Bene enim R. Schem THOB, טוב, de sententia Nachmanide, per accidens abusum fieri, & vi imaginationis usum & effectum impediri, ואמ זיה זה הרבר כטב' שוה החכם חשב' הרבנן אמר נשרפים בעם השלייכם לאש על ייחור השם בעבור חוק Si ita se res haberet (ut vi Kabbala & usu formularum aliquis ex flammis eripi possit) ut putat iste sapiens; Multi homines, quando in ignem projecti sunt ob confessionem unitatis Dei, non fuissent combusti propter vim imaginationis ipsorum, qua credebant fore, ut Deus liberaret eos. Et WAGENSEILIUS: (c) Als mich einmal ein durchreisender Jud besuchte / und viel Ruhmens machte/ wie er kürz verwickel-ner Tage in einer nahe gelegenen Stadt durch sein Mogen David das Feuer gelöscht hätte / bote ich ihm ein Ducaten dar/ wann er in meine Küche gehen/ und daselbst das Feuer in meinem Beyseyn löschen würde: Dann wann das Mogen David das Feuer löschen könne / so müsse es nothwendig überall angehen / indem ein kleines Feuer sowohl ein Feuer seye / als das allergrößste. Er wolte aber / und konte vielmehr den Dueaten nicht verdienen / ob er ihm gleich wohl gebraucht hätte. Wann ein Feuer in einer Stadt entstehet / so lauft alles zu / und löschen mit Wasser / wo es kan und mag: da eylen dann/ wann an selbigem Ort Ju-den wohnhaft seyn / selbige auch mit ihrem Mogen David hierbei / und muß dieses hernach/ wann Hülfte geschiehet/ das Feuer gedämpft haben/ ob wohl es durch das ausge-schüttete Wasser wahrhaftig geschehen. Dann wo die Ge-walt

(c) Tract. supra citato p. 72.

walt des Feuers zu gross / und mit dem Wasser nichts zu richten / da hilft kein Mogen David / und verbrennen denen Juden auch ihre eigene Häuser / wie / anderer Beyspiele / deren man viel anziehen könnte / nicht zu gedenken / für eis nigen Jahren ohnferne Nürnberg / zu Fürth / mit nicht wenigen Jüdischen Wohnungen geschehen. Idemque alibi: (d) *Nuper configravit tota hac civitas (Pragensis 1689. 21. Jun.) incendio, & patuit nullas esse hominum istorum, ad ignem resinguendum, arcanas artes, quas tantopere jactant.* Quam ob rem false eos derisit Wagenseilius, ut refert TENZELIUS: (e) Dahero sie Herr Wagenseil in Prag wacker geschraubet mit dem Arcano im Auslöschen des Feuers / welches sie haben wollen / und dannoch den Pragerischen Brand nicht gelöscht. Dann sie geben sonst vor / daß sie allerding unter den Christen zu dulden wären / weilen sie ihnen mit diesem Arcano viel Nutzen schaffen könnten. Aber da nun die Noth sie selbst traff / war niemand zu hause. Die guten Juden wussten hierauf nichts beständiges zu antworten. Einer sagte / das Feuer hätte auss einmal überhand genommen ; der Andere / es wäre niemand in solchem Schrecken seiner mächtig gewesen ; der Dritte / die Menschen vermöchten nicht zu steuern einem so grossen Ubel / das von Gott selbsten zugeschickt wird ; der Vierde / es wäre unter viel tausenden kaum einer / der die Kunst practiciren könnte / weilen eine grosse Heiligkeit darzu erfordert würde / die nicht in einem Augenblick / sondern mit viel Fasten und Reinigungen zu erlangen. Quid dicam de incendio Thessalonicensi maximo , quod multas ædes & Bibliothecas Judæorum vastavit. (f)

quid

(d) Tom. II. Per Juven. Libr. p. 317.

(e) Ut ex WAGENSEILII *Hydraspide* enarrat in *Colloquiis menstruis* Ann. 1691. p. 265. quæ eadem verba suis inseruit Clarissimus Schudtius.(f) Mentionem huius incendi facit R. David GANZ in *Zemach David* ex versione Vorstii p. 153. & de quo auctor *Schalschelet Hakabbala* edit. Amstelod. Anno 454-

quid referam de incendio *Synagogæ Altonaviensis* elegantissimæ structuræ, in qua olim aliquoties sacris Judæorum interfueram, quod mense Novembri 1711. accidit ? Quid de duplice incendio vici *Judaici Francfurtensis* vulgo der Juden Gassen / quorum prius 1711. ex ædibus R. Naphtali COHEN (g) בָּעֵר קְבָּלה *Kabbalista* celeberrimi ortum duxit, alterum in eodem hoc anno die 28. Januarii obortum est, quo denuo 115. ædificia Judæorum in cineres redacta sunt, ibique furor flammarum cessavit, ubi nimirum ad ædes ejusdem Rabbini, (qui decem diebus ante d. 14. Januarii, cum incendi prioris memoria celebraretur, de pœnitentia serio agenda Judæos admonuerat (h) publice,) prius illud coeperat fieri ? Ex quibus, quia nulla fides relationibus Judæorum de hac arcana arte habenda sit, illud conflatur, alienum vel maxime à moribus civium Christianorum esse, non tantum ad sortilegorum & magorum vacuum & diabolicum operandi modum accedere, sed etiam hoc Judaicæ superstitionis genere delectari, quorum illud publicis legibus & institutis vehementissime est prohibitus

P

bitum

בַּיּוֹם לֶאכֶל אֲבָרִם מִבֵּית קְטָלָנוּ הַכְשָׁמָן
והאכל ה' אלפיים בתים מבני ישראל במשך ו שעה כי כן
חטפם נחטפו הרוחות הנושבות ומכבים' האש על בתים
ונשרפו כתם פחאים נפשות וכנויות ומדרשות חרב וספרים

אין קץ לא נראתה צרה גורלה *Die IV. mensis Ab ignis exivie ex ædibus Abrahami Katlano apothecarii seu aromatarii, & delevit 5000. domos Iudeorum tempore sex horarum, nam de celo pugnabant venti flatu & ignes in domus inducebant. Combusti igitur sunt fore ducenti homines. Synagoga autem & Schola plures, & infiniti numeri libri, ut nulla tanta calamitas, qualis hac visa fuerit.*

(g) Memoria hujus incendi temporis continetur verbis p^rlatea IV DaorVM ConfLagratis. De ejus causa varii varia ; Vera autem ipsi huius R. Naphtali Kuhn vel Cohen tribuenda, qui artibus magicis & Cabballisticis deditissimus fuit, & ipso hoc tempore occupatus iisdem fuisse perhibetur ; quem tamen ars ipsa, quam non bene exercere novit, fecellit, cum Angelum ignis presidem, pro Angelo quarum preside invocasset. Confer de hac re & ipso R. Naphtali Cl. SCHUDTIUM Part. II. *Jüdischer Merkwürdigkeiten* L. VI. C. VI. pag. 70. sqq.

(h) Conf. Relat. Francfur. Historicas Semestr. Vernalis Ann. 1721. & Du. SERPILIJM in dicta prefatione.

bitum, hoc verò cum salubritate consiliorum & actionum publicarum pugnat. Quamquam enim durum necessitatis sit telum, & res in moræ periculo posita omni ratione sit juvanda, imo etiam

grande doloris
Ingenium est, miserisque venit solertia rebus:

tamen ad talia consilia confugere velle, in quibus superstitione maxima, a pactis commercioque spirituum malignorum vix liberanda, continetur, tum minus honestum (i) tum institutis

(i) Hinc etiam Magia ab ipsis autoribus profanis pro vana habita fuit. Sic CURTIUS L. VII. C. IV. §. 8. Erat in eo convivio Cobares natione Medus, sed magici artis (si modo ars est, non vanissimi cuiusque ludibrii) magis professione, quam scientia celeber. PLINIUS quoque L. XXX. Hist. Nat. C. I. ab initio. Magicas vanitates sapientem antecedenti operis parte, nesciuntque causa locusque poscerbant, coargimus, detegemusque etiamnum: in paucis tamen digna restat, de qua plura dicantur, vel eo ipso, quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe, plurimisque scelulis valuit. Et PROPERTIUS de vana magico rum carminum spe de Luna detrahenda, qua mortali oculi deluduntur. Eleg. L. I. El. I. v. 19.

At vos deducte, quibus effallacia Luna,
Et labor in magicis sacra piare facit.

Iterumque PLINIUS L. XXX. C. II. pag. 225. de Neronis factis: Immensum & indubitarum exemplum est falsa artis &c. pag. 226. Proinde ita persuasum sit, interstabilem, iritatem, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras & sed in his veneficas artes pollere, non magicas. Quam igitur cum Plutarchos θηγανούς τῶν ἐπιτελεῖσθαι καὶ φυχρῶν ἀγράψῃ in evanidorum & frigidorum Classem relegamus. Hinc etiam apud Aelium SPARTIANUM edit. Gryph. pag. 245 in Vita Antonini CARACALLÆ, de quo tamen Dion & Herodianus illum curiosiss. artibus deditum fuisse testantur, Cap. V. Damnati leguntur, qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent &c. Annianus MARCELLINUS L. XXIX. in rebus Valeniniani & Valentis, & maxime L. XIX. de Constantii temporibus refert: si qui remedia quartana vel doloris alterius collo gestaret, sive per monumentum transisse vestigia malevolorum argueretur iudicis, ut veneficus pronunciarus, reus capitis interibat. Denique Marcus ANTONIUS Philoponus Imperator de se ipso. L. I. §. 6. οὐδέ διογύνεται, τὸ ἀπενόσπεδον καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς οὐδὲ τοῖς τεταρευομένων, καὶ γοῦτων αὐτοῖς ἐπιθεῶν, καὶ δαιμόνων λοτοφεντῆς, καὶ τοῖς τοιετῶν λεγομένοις. Adiognete me accepisse agnoscere

sticuis publicis contrarium jure habeatur. Melius igitur ab iis actum videre mihi videor, qui ad incendia compescenda, antequam oboriuntur, optima jam consilia, (in quibus vel maximè sunt æraria incendiaria,) attulerunt, & in ipsis periculis forti, constanti, circumspecto & prudenti animo disponere res & ordinare norunt. Certum est Judæorum artis, ut pluribus aliis peccatorum generibus Christianorum, ita vel maximè curiositate superstitiosa confirmari, & nova quasi accessione subinde facta amplificari. Cum enim Christiana fide & constantia dignam agere vitam omnes oporteret, ratiocinatum tamen id genus hominum est, qui avaritia, voluptatibus, superstitione aliisque peccatis liberi suo vitæ exemplo incredulos Apellas ad veritatem Christianam amplexandam allicere, eorumque animos ab erroribus avocare student; potius illi multorum vanitate atque credulitate adducti, etiam abusu ipsius nominis Christi Jesu, genti Christianæ turpiter sape illudunt, & perplures pro voluntate sua false derident deceptos. Profecto, cum Deus hos recutitos homines ob superstitionis morum Gentilium imitationem in omnes regiones terrarum disperserit, ut punitæ infidelitatis & impietatis θεογνοί existerent, cur arcanas eorum, ab ipsis magnam partem rejectas, artes & consilia superstitionis capiamus & sequamur? ut potius in periculis constituti, si insortunium nos feriat, ad solum Numinis divini auxilium confugiamus, ejusque benignitatem imploremus, & ea insuper capiamus consilia, quibus bene adjuvari queamus.

§. XLII. Nosse autem Judæorum literas, res, ritus, consuetudines, oærimonias, doctrinas, non Theologorum modo sed & aliorum interest, ut quid de variis eorum factis & con-

rebus inanibus studium impenderem, neve iis fidem adhiberem, qua a prestigiatoriis magisque de incantationibus, deque demonibus averruncandis, aliisque eiusmodi impostoris dicuntur &c.

Aliis sentiendum sit & statuendum, & quale judicium ferendum, cuique facile adpareat, ne calliditate eorum & vaframentis deceptus circumventusque aliquis damna subeat, & ignorantiae luat poenam. Bene igitur & praeclare in patria nostra de his literis & antiquitatibus Ebræorum meriti sunt Schickardus, Raithius, Osiandri, Hillerus, Abbas Regiofontanus dignissimus, Præceptor olim noster venerandus, aliique de quorum laboribus & scriptis posteriora quoque secula optime jucicabunt; optandumque vehementer est, ut plures, quoniam patria nostra optimis ingeniis floret, eorum sequentur exempla quo modo deinde variæ in Codice sacro explicando ῥαγεμηνια, dictorum variæ detorsiones, variæ in sensum sacram literarum illatæ sententiæ, quibus Spiritui Sancto & Scriptorum sacrorum menti vis infertur, in multis impedirentur, & verus atque genuinus Veteris Testamenti sensus (quem sapissime ex antiquitate & Historia Orientis antiquissimi erendum esse, clarissime patet ut à Viris longe principibus & peritissimis fatis demonstratum,) clarior redderetur & explicari. Quam autem operam, quam methodum, quem ordinem in legendu Textu Ebræo V. T. & penitus inspicio facrorum & diuinitus inspiratorum auctorum animo ponere & observare debeant divinis literis incumbentes, id clarissime à Venerando Domino Parente meo, Abate Laureacensi & Consistorii Ecclesiastici & Ordd. Provincialium Adseffore declaratum est & explicatum (k), qui simul, quo modo bene & attento studio in Scriptura sacra lecta & cognita in Theologia Exegetica, Dogmatica, Polemica, Homileticaque ad usum varium applicari possint, perspicue docet ea ratione, qua olim me paterno amore & dexteritate in literis hisce sacris instituere studuit, cui igitur filio

(k) Vide Dn. CHRISTOPHORI ZELLERI Historiam Scriptura Sacra, impressam Ulmae impensis G. W. Kuhnii 1701. quem librum inqua fata ex incuria Bibliopolis & Typographi expertum esse vehementer doleo, cum ubique inter exterios fuerit querulus, & a pluribus magni habitus.

filio dignas gratias easque maximas publice ago. Addo ego & lectionem antiquariam, quæ & Historias temporum rerumque & variorum populorum, Judaici maximè ritus complectitur, ut summe necessariam, quippe quod frequentissimæ ad hæc genera allusiones occurrant, ut ex solo Propheta Iesaja, ut alios libros taceam, in quibus hoc docendi genus utramque paginam facit, liquet. Rident autem multi Judæos, si quosdam in foris oberrantes conspiciunt, aut cogitant exsibilantque, pro fungis eos & truncis habentes, quorum tamē sæpe non unum de fide prolatum argumentum solvere possunt, nihil de eorum cœcitate, avaricias fundamentis, fidei suæ principiis, actionum rationibus, cærimoniarum, rituum, consuetudinum varietate solliciti. Omnes eos mercatores, vel tabernarios, circumforaneos & scrutarios esse putant, nec Philologos, Philosophos, Theologos, Jctos, Medicos in eorum numero querunt, cum tamen Græcorum & Romanorum vetus doctrina magnam partem ab iis duxerit ortum & numerosissimæ existant eorum Bibliothecæ, ac plurima scripta edita & inedita, quorum numerum veterum Philosophorum & Theologorum, Patrumque monumenta minime adæquarent, si stupidorum & furiosorum Monachorum & Inquisitorum fidei, verè diabolicorum, (qui sæpe ut Hogstradus nullius famæ, doctrinæ, ætatis, excellentiæ Christianorum æque ac Judæorum habuerint rationem) rabies eis percisset; nec tot tumultus (ex requisita vel falso imputata amuletorum notitia & copia) oborti; tot cruentæ persecutio[n]es Judæorum, ut bestiarum & ferarum, tot exilia, tot incendia, tot secula, eundem diminuissent. Nihil ferè in Patribus prioribus latinis, Augustino maxime & Ambrosio, nihil in Aristotele, Platone, aut etiam recentioribus Philosophis deprehendes, quod Judæis doctis impervium fuerit aut prorsus neglectum, ut ex inspectis scriptis Maymonidis,

clementia pervenit, exercitati fuerunt, (de reliquis eruditionis Theologicæ virtutibus, ut nihil dicam,) ne alienis oculis videantur. Sed cum ad finem tandem sit properandum, & limites epistolæ ponendi, ad Te Vir Summe Reverende & Amplissime redeo, & quæ mihi inter varios officii mei & munieris publici labores, horis aliquot succisivis obiter rem investiganti, de hoc abs Te mihi oblato amuleto Judaico ἀντίσημη πατα sunt & observata, Tibi judicanda relinquo. Nolo autem certe ex iis gloriam aut laureolam captare, ut fidei liberatæ, qua explicaturum me hoc קסיע promiseram, reportasse laudem mihi sufficiat. Tu vero, Vir Dignissime, ut amicorum, ita meo quoque pro omnigena salute tua voto stipatus pancretice vale, & hoc, quicquid est literarum & antiquitatum Hebraicarum, consiliis Tuis promote atque commendam. Vale Dabam è Musæo Denckendorfiano die I. Augusti MDCCXXI.

ADDENDA.

Postquam tota hæc epistola typis jam expressa esset, ad manus demum meas
pervenit Catalogus Bibliothecæ Uffenbachianæ MNS. cuius priores partes
conlegit Clariss. & mihi amicissimus, Johannes Henticus M A J U S ,
LL. OO. Pr. P. Giessens. celeberrimus. Ex quibus, quæ huc spe-
stant brevibus subjungam, quæque ad §. XXII. & §. XL. pertinent.
Conf. Codicem MNS. Hebraicum IX. p. 7. sqq. in quo preces con-
tinentur, quas singulis diebus ante lectionem Psalmorum fuderunt Judæi, Kab-
balisticæ; & vel maxime confer notas Clat. Editoris & judicia aliorum
de שמות תחרירם seu Usu Psalmorum.

Pag. 104. in Codice LXXIX. varia specimen Kabbalæ practicæ exhibentur, ex quibus prophylacticum Mosis eminet, quod contra omnia damna à Mose fuerit adhibitum.

Adde Codic. LXXXI. p. 106. sq. & quidem fol. ult. miscellaneo-
rum p. 108. aphorismum de Marito & Uxore & liberis; ut Parentes effi-
cient literas tetragrammati יה, filius literam ו Vav, filia ה He, adeoque
omnes totum nomen דווין, ut inde appareat parentibus esse operam dan-
dam, quo liberis becentur.

Adde Codicem LXXXVII. p. 118. in quo liber ספר חרים liber arcanorum
de Angelorum nominibus & officiis receptetur; Et Codic. LXXXIX.

AbenEsra, Abarbenelis, Gersonis, R. Abrahami ben Arama,
Kimchiorum, R. Judæ Leonis Madinensis, Bechajorum, Nachma-
nide, Raschii, R. Asarie Edomei, R. SchemTob, R. Schalomonis
ben Gavirol. R. Abrahami Schalom, & ipsius Gemaræ Talmudica,
plurimumque Commentatorum facile elucescit^(l). Et quam-
quam plura sint, quæ in hisce auctoribus displicere omnino
possunt, ex quorum stercore literario vix aurum aliquod col-
ligi poterit, nec fides omnibus sententiis Judæorum de anti-
quitatum veritate sit habenda: Plura tamen sunt, eaque non
exigua, quæ inde hausta & deprompta non tantum Textus
sacros illustrare^(m) sed omne literarum quoque & eruditionis
genus bene exornare valent; Et eo majores Theologi solidio-
resque existunt, quo majores Philologi, & magis in literis
Orientis, ex quo verbum scriptum ad nos divina gratia atque
cle-

(l) Conferantur hic Bibliothecæ Ebraicæ Cl. Wolffii, Bartolocii, Buxtorfi aliorumque,
in quibus variis variarum disciplinarum auctores recensentur.

(m) Satis hoc testantur scripta magnorum Virorum & priscorum & recentiorum,
quorum catalogum hic necesse supervacaneum esset. Conf. Cl. FABRICII Biblio-
graphiam antiquariam, & LIGHTFOOTI, COCCEJI, ALTINGII, DANZII
MAJI, MICHAELIS & plurimorum aliorum Lutheranorum, Reformatorum,
Pontificiorumque scripta. Illud vel maxime attendendum ad conversionem ipso-
rum Judæorum plurima ex ipsorum scriptis adhiberi posse, quorum autoritas
inter eos valet. Sic Plurim. Rever. Dn. MICHAELIS in antiquo Bibliothecæ
Erfurtensis MNS. repertos Rythmos Judiciorum querulos cum Lectore in Program-
mate suo lectionum publicarum auspicatorio cum aliis communicavit, quos his
repetere non piget. Leguntur illi pag. 14. 15.

אפס זבח ועולה
במה נמצא מחויה
גבר חטא ועולה
חללנו מהקריב קרבן מחויה
וחורב מלון השכינה
ואיך נמצא לפניו חנינה

Defuit sacrificium & holocaustum:
Quomodo ergo inveniens placamentum?
Invaluit peccatum & iniurias:
Nec polluti afferre possumus oblationem pro gratia obtinenda,
Destructum enim est (Templum) habitaculum gratiosæ Dei presentis
Quis ergo locus venire?

Maximè Codic. CXI. R. Mardochai fil. R. Isaac. p. 321. sqq. multa Kabbala præticæ nefanda recensentur, in quibus omnibus voces שפטיה, אַגְלָא nefanda recensentur, in quibus omnibus voces שפטיה, אַגְלָא aliæque adhibentur, ubi de voce אַגְלָא subiectit auctor. Nomen אַגְלָא est illud ipsum, quod restinguendis flammis adhibere, panibusque in ignem conjiciendis inscribere contineverunt Verpi.

Codex CXIV. p. 327. R. Simsonis bar Elielet, sub titulo benedictus, qui dicit, rationem continet conficiendorum & scribendorum Phylacteriorum.

In Codice CXXI. ejusque fine insigne prossus & peculiare, maximæ efficaciam amuletum, fortissimum contra omnia mala monumentum exhibetur p. 339. sq. in quo & scuta Davidica & voces nostræ, pluresque alia, nominaque angelorum & dæmonum obveniunt.

Pag. 371. sq. singulare Clat. Dn. Majus ex Codice CXXII. amuletum in cendiarium seu לִשְׁרִיפָה exhibit; quadratum verborum lineis scriptum. Cujus linea superior recta verba habet שֶׁבַע אֲנֵי עָלֵיךְ שֶׁר שֶׁל אַנְגָּלָא; linea sinistra collateralis verbare referit: שְׁתַשְׁקָע אַתְּ הַאֲשֶׁר נָאָמָר; linea inferior recta superiori opposita verbis constat: וְחַפְרֹד מְשָׁה אֶל יְרוֹן; linea dextra collateralis dextra verba exhibit: וְתַשְׁקָע רְאֵש בְּמִשְׁפָט אֶל שְׁרוֹן. In medio spatio sic ponuntur verba:

יְהָיָה יְהָיָה

אַגְלָא

יְהָיָה יְהָיָה

Adde Cod. 138. pag. 401. Maxime autem p. 408. sq. Ex Codice CXL. Chataeo, qui Kabbalam Præticam continet auctore R. Mose bar Nachman, plura referuntur. Beneque hic notanda Dn. editoris verba: Nunquam editum hoc opus est, in quo artes vetita & arcana, quarum fœcundissima mater est hec Kabbala species, magno proferuntur numero, una cum diversis mundi Systematibus, variisque amuletis. Nondum habuimus inter tot Codices aliquem, qui omnia, qua ad hanc artem spectant, tam plene exposuerit. Nihil hic omissum, quod delectet, instruat & in vita, si Kabbala patronis fidendum, prosit. Figura calamo ducte, quarum non pauci hic repertuntur, illustrantres obscuras, ac ingentes illas tenebras, quibus & Kabbala, & natio Judeorum tota, immersa sunt, dispellunt. Id addendum, in omnibus his, qua Cl. Majus representavit amuletis, equidem voces שְׁרִיר, אַגְלָא, וְחוֹה, שְׁפְטִיה occurserunt, reliqua vero nostræ Schedulæ verba in iis non reperiuntur. Multis vero oblectamento esset, & omnino mendacii rei fierent Judæi, si Clariss. Dn. Majus promissi staret, & que Excellentissimus Dn. Uffenbachius diversa possidet Judaica amuleta junctim ederet ut p. 416. spem fecit.

Hæc festinante calamo,

A Nr 335395

7.800,-